Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Raphaelis Regii epistolae Plynii, qua libri naturalis historiae Tito Vespasiano dedicantur: narrationes ;

https://hdl.handle.net/20.500.14918/461825

Raphaelis Regii epiſtolæ Plynii: quā libri naturalis hiſto-riæ Tito Veſpaſiano dedicantur: enarrationes.

Eiuſdem de q̄tuor Perſii locis: uno Valerii maximi: duo-bus Tullii de officiis: ac tribus oratoriis q̄ſtiōibus diſputatio.

Eiuſdem de quibuſdam Quintiliani locis cum quodam Calfurnio dialogus.

Eiuſdem loci cuiuſdam Quintiliani ac eius Ciceronis ad Atticum epiſtolæ: cuius initium eſt: Epiſtolam hanc cōuicio efflagitarunt codicilli tui: enarratio.

RAPHAEL REGIVS DOMINICO GRIMANNO PATRICIO VENETO EQVITI SPLENDIDISSIMO SENATORIQVE SAPIENTISSIMO SALVTEM.

CVm inter loquēdum de quorūdā expoſitioni-
bus in illam Plynii maioris elegantem acutiſſi-
māq; epiſtolam: mentionem feciſſemus: ſane q̄
familiariter a me petiiſti: ut epiſtolā ipſam ego
quoq; tibi breuiter enarrarē. Id uero tūc me re-
cepi eē facturū magis q̄dē ne q̄cq̄ tibi denegare
uiderer: q̄ quod ulla te cuiuſq̄ enucleatione indigere cēſerē.
Sic.n. a teneris uſq; unguiculis fuiſti inſtitutus: ut non ſolum
acutiſſima philoſophorum dogmata pulcherrime calleas:
ſed præſtantia aliorum quoq; auctorum ſcripta facile perci-
pias. Quid.n. elegantiæ latinæ in primis peritus nō intelligat:
cui abſtruſa cognituq; difficillima Ariſtotelis ſenſa fuerint p-
cepta? Quod ſi de quoq̄ epiſtolæ illius loco fortaſſe dubitas:
expoſitionum uarietatem in cauſa eſſe facile contenderim.
Adeo nanq; inconſtantes quidam in illa exponenda depræ-
henduntur: ut per q̄ difficile ſit iudicatu: plus ne conferant
an magis noceant plinianæ eloquentiæ ſtudioſis. Nos uero ſu-
ſceptam prouinciam ita ſumus executi: ut q̄ ab aliis recte ſunt
expoſita approbentur. quæ minus bene dicta refutentur. Tu
an recte in pleriſq; difficilioribus locis a communi fere expo-
ſitione diſſentiam: ſi noſtra cum aliorū ſcriptis cōtuleris pul-
cherrimæ diiudicabis. Vale eximium ſtudiorum decus. Pa-
duæ pridiæ nonas martias. Mccccl xxxx.

IN PLINII MAIORIS EPISTOLAM AD TITVM VESPASIANVM RAPHAELIS REGII ENARRATIONES.

IN operis huius inſcriptione Plynius Ariſtotelem imitatus eſſe uidetur. Vt.n.ille quinquaginta de animalibus uolumina hiſtorias animalium īſcripſit: ſic plynius de rerum natura libros: naturalem hiſtoriā nuncupauit: quod in eis rerum natura deſcribatur atq; enarret. Hiſtoria nāq; enarratio expoſitioq; tranſfertur. Hac epiſtola uero primum Tito Veſpaſiani filio: qui una cum patre imperabat: ſumma cum ueneratione opus dedicat. Deinde quibus de rebus tractet: exponit. Tum quot ex auctoribus uoluminibuſq; ea ſumpſerit: de quibus ſcribit: cōmemorat. Quarto loco inſcriptionis cauſam aſſignat: ac uanas obtrectatorum calūnias uituperat. Libros naturalis hiſtoriæ. Attentum ſimul & beniuolum reddit imperatorem: cum & nouum opus ſe ait expoſiturum: & ipſum iucundiſſimum appellat. Tranſlatione uero a gregibus ſumpta primus hic ſenſus commendatur. Fœtura nāq; id propriæ tempus dicitur quo pecudum greges parere conſueuerunt. Sit.n.hæc tui præfatio ueriſſima dū maximo conſeneſcit in patre. Mouit nuper mihi riſum nebulo quidam omnium uaniſſimus: qui cum in Gimnaſio patauino acutiſſimam hanc epiſtolam explicare uellet: aſſeruit nō maximo ſed maxime: ut ſit uocādi caſus: eſſe legendum: ſuæq; opinionis rationem in quorūdam auctoritatem retulit: qui dicerent: dum hæc præfatio: maxime imperator: conſeneſcit in patre. Qua quidem corruptione quid ineptius? quid inſulſius? Quid a Plynii elegātia magis alienum excogitari poteſt? Quis.n.unq̄ legit non dico apud Plynium: quo nihil candidius inuenitur: ſed apud quenq̄ latinum eiuſmodi genus locutionis? Sed nos ineptiis iſtiuſmodi neglectis ſic accipiamus. ut & patri & filio præfatio ea atq; appelatio cōuenire a Plynio dicatur. Nam Titus ita ſe participem imperii geſſit ut uiuenti tamen patri omnia cōcederet. Titum igitur Plynius ueriſſime

dignum ea præfatione ait quæ iam in maximo ac præſtatiſſi-
mo patre conſeneſcere cœpit: perinde ac ſi diceret. Tu nõ mi-
nus iucundiſſimus imperator es appellandus q̃ maximuſ pa-
ter tuus: qui iá ſenior eſt effectus. Náq; tu ſolebas. Cauſam
aſſignat cur Tito hos libros nuncupare dicareq; conſtituerit:
quos iccirco nugas uocat ne in odium inuidiáq; incidat. Om-
nis.n.ſui iactatio: ut Fabius inquit: odioſa eſſe ſolet. Simul ut
hac extenuatione beniuolentiam aucupetur. Totus uero hic
ſenſus de primo Catulli epigrammate: ut ipſe quoq; Plynius
teſtatur: eſt ſumptus. Infert.n. Vt obiicere moliar Catullum
conterraneum meum. Hoc uero ad illud refertur: quod ſe li-
centiore epiſtola dixit uſurum. Nam & integrum Catulli car
men uſurpat: & uerbo minus oratorio utitur. Conterraneum
.n. caſtrenſe uerbum eſſe uidetur. Hinc autem quidam colli
gunt Plynium: ut Catullus: fuiſſe ueronenſem ignorantes cõ-
terraneum non tam idem territorium q̃ eandem reſpicere re
gionem. Cum uero & Suetonius & Hieronymus & deniq; pri-
ſci omnes illum nouocomenſem fuiſſe dicant: conterraneum
eiuſdem regionis accipiamus: cum præſertim ſe Plynius fere
Romanum profiteatur. Agnoſcis & hoc caſtrenſe uerbum.
Ambigunt hoc loco quidam neq; determinare ſciũt: quodná
ſit illud caſtrẽſe uerbum. Cum.n. quidam e doctis dicant ad
Imperatorem referri debere: quod in caſtris imperator Titus
fuerit ſalutatus Quidam uero conterraneũ caſtrenſe uerbũ
eſſe affirment: quod eo milites fere in caſtris uterentur: inſul
ſi iſti: qui ſe primos mundi homines eſſe iactant: utráq; inter
exponendum referunt opinionem. Itaq; auditorum mentes
implicant: ut quid certi ſequátur: nihil penitus habeant. Ego
ne iſtos imitari uidear: exiſtimo conterraneum caſtrenſe uer-
bum eſſe: quod eo milites in caſtris frequentiſſime uterẽtur.
In rariſſimo náq; uſu id uerbum urbanis fuiſſe illud eſt argu
mento: quod eo perq̃ raro utuntur ſcriptores. Significat autẽ
Plynius ſe licentioſius uerbo caſtrenſi ac minus orarorio uti.
Subiicit.n. Agnoſcis & hoc caſtrenſe uerbum. Ac ſi diceret.
Nõ ſolum Catulli carmen epiſtolæ huic niſerere audeo: ſed
uerbum etiam caſtrenſe ac minus oratorium. Quare agnoſcis

hoc loco nõ admittis:ſed cognoſcis ſignificare uidetur. Qui
uero putant imperatorẽ eſſe uerbum caſtrenſe:qđ Titus in ca
ſtris imperaror fuit ſalutatus:ii mihi quid dicát:paꝝ attende
re uidenť. Nã ſi anteq̃ Titus appellatus eſſet imperator: hoc
nomen in uſu non fuiſſet:nõ dico:militũ ſed urbanoꝝ & qui
dem oratoꝝ:facile uerbum caſtrẽſe imperator uideri poſſet.
Cũ uero apud priſcos in frequẽtiſſimo oratoꝝ fuerit uſu:nõ
uideo:cur imperator uerbum caſtrẽſe putari debeat. Quid?
qđ illud pronomen hoc eleganter ad propinquiora: inepte
ac minus latine ad lõginqora ſolet referri? Quare caſtrẽſe uer
bũ non imperator ſed conterraneum mihi eſſe uidetur. Il/
le.n.ut ſcis. Hic quoq; uacillãt iſti:qui ſe prima Italiæ lumi/
na eſſe iactant. Ille.n. ꝓnomen uel ad Catullum uel ad Veſpa
ſianũ patrem referi debere aiunt. Et ad catullũ quidem: qđ
in eo uerſu:Meas eſſe aliquid putare nugas:breui ſyllaba pro
longa Catullus fuerit uſus. Sicq; & uernaculos pro ciuibus ue
ronẽſibus accipiũt:& illud famulis expũgẽdũ putãt. Ad Ve/
ſpaſianũ uero:qđ maximus malebat appellari Veſpaſianus q̃
iucũdiſſimus. Maximũ uero nomẽ duriuſculum eẽ. Ac iſtæ
quidẽ ineptiæ nuꝑ ab ĩſulſiſſimo quodã nebulone ĩ academia
patauina diſſemiatæ fuere. Vt.n.omittã:qđ nihil certæ expo
ſitionis in medium adduxit:hoc ſane ꝓnomen ille neq; ad Ca
tullũ neq; ad Veſpaſianum patrẽ põt referri. Et ad Catullũ
quidem nõ eſt referẽdũ:qđ tunc ꝑmutari ſyllabæ nõ dicũtur
cum breuis ꝓ lõga:uel cõtra lõga pro breui poniť. ſed cũ aut
littera adiiciť. aut detrahitur:aut trãſponitur:ut ſiquis ꝑ̃cu/
lã ꝓ ꝑgula:ut teſtatur Fabius:diceret. Quare tãetſi Catullus
interim breui pro lõga:uel cõtra ſit uſus:minime tamẽ idcir/
co cuiuſq̃ dictõis ſyllabas mutaſſe ẽ iudicãdus. Ad Veſpaſia/
num uero patrẽ nõ poſſe referri ne refellẽdum qdem uideť:
qñ nullus ſenſus:niſi ineptiſſimus atq; inſulſiſſimus:ſi iſtiuſ/
modi admittatur relatio:elici poſſit. Quo nãq; picto duriuſ/
culũ ſe fecit Veſpaſianus? Nẽpe aiunt quia maximus maluit
appelari q̃ iucũdiſſimus. Eſto:quãuis nulla hiſtoria nitantur
Quid duritiei aſperitatiſue eſt ĩ hoc nomine maximus? Pro
fecto nihil plus:q̃ in illo iucũdiſſimus:Quid? qđ iſto modo

nō ſyllabæ: ſed nomina ipſa integra commutarētur? Quod ſi ſatis ſuperq; oſtendimus nihil iſta cōmentatōe īſulſius magiſq; a Plynii acuminibus eſſe alienum: reliquum eſt: ut qd ipſi ſentiamus: aperire non dubitemus. Ille igitur pronomē mihi hoc loco non referre: ſed īdicare uidetur. Nam frequēter hoc pronomen ille citra ullum nomen ulláq; relationem cum huiuſmodi adiectōibus. Vt ſcis: ut nō ignoras, Scis quē dico: abſolute ponitur: pro eo qui ſit notiſſimus & ei q ſcribit: & cui ſcribitur. Immo uero nūq̄ cum illis additamentis a quopiam erudito relatiue uſurpatur. Quēdam igitur & ſibi & Tito pulcherrime notum īnuit Plynius: q ſe permutatis cuiuſdam nominis ſyllabis duriuſculum fecerat: q̄ uolebat iudicari a uernaculis & ſeruis Titi ac famulis. Quiſnam uero hic fuerit: aut quo ī uerbo priores litteras immutauerit: nec Plynius ipſe aperit: nec qſq̄ alius, quod ſciam: litterarum monumētis cōmendauit. Quod uero qdam aiunt huius nōis imperator priores ſyllabas ī ſotadico carmine a quodam fuiſſe mutatas mihi non probatur. Neq; .n. ſyllabæ ſed dictōum ordo duntaxat in ſotadicis carminibus immutatur: ut ex illo Franciſci Philelphi ad Pium pontificem maximum carmine aperte patet.

Laus tua: nō tua frāus. Virtus non copia rerum:
Scandere te fecit hoc decus eximium.
Si enim retro legatur: ſotadicum fiet: ac uerborum ordo ſolum nō etiam ſylabarum īmutabitur. i.
Eximium decus hoc fecit te ſcādere rerum
Copia: nō uirtus: fraus tua: nō tua laus.
Neque tamen inficias eo illud in ſotadico quoque carmine fieri potuiſſe: ut quis durior eſſet. Sed non magis in eo q̄ in alio carminis genere. Innuit autem Plinius ſe idcirco uerbis caſtrenſibus uulgaribuſque uti: ne durior obſcuriorque uideatur: ut ille qui permutatis prioribus ſyllabis duriuſculum ſe fecit: q̄ u[o]lebat exiſtimari a uernaculis Titi & famulis. Qui uero nuper ī academia iactauit uernaculos p ciuibus ueronēſibus accipiendos: is de tam p̄clara urbe ma

le meretur: cuius ciues uernas ac ſeruos eſſe ait. Simul ut hac mea petulantia. Hæc eſt ſecunda dedicationis cauſa. Idcirco nanq; ſe hos libros Tito dedicaſſe ait: ut in quædam acta exeat. Quæ nanq; principibus ſcribuntur: ea uim actorum publicorum habere uidentur. Sed hic quoq; locus uarie & legitur & exponitur. Quidam enim exeam legunt: exponuntq; ut aliquid de tuis laudibus ſcribam. Quidam uero exeat ad petulantiam referentes: atq; hæc pro hac ſcribendũ eſſe putantes. Exponunt enim ſic: ut hæc mea petulãtia aliquid de tuis rebus geſtis dicã. Iſta uero mihi ſane q̃ procul a uero ſenſu eſſe uidetur. Neq; enim exire in acta aut laudare aut de geſtis alicuius ſcribere ſignificat: non magis q̃ aut uitupare aut fabulas ſcribere. Illud uero Fabii & Perſii: quorum auctoritate nituntur: manifeſte ad compoſitionem refertur. Siquid tamen aptius exit apud Perſium. Hoc eſt aptius componitur. Quæ enim concinne ſcribuntur: ea ex ore apte exire uidentur. In acta uero exire: ut dixi: eſt actorum publicorum auctoritatem adipiſci. Exeant præterea mihi legẽdum uidetur: ut libri in quadam acta exire intelligantur: quãuis non inficier exeat quoq; legi poſſe: dum ad opus non ad petulantiam referatur. Quare non quemadmodum iſti putant: eſt accipiendum. Sed perinde ac ſi diceret Plynius: ſe hac quoq; cauſa impulſum: ut libros naturalis hiſtoriæ Tito dicaret: ut id petulantia ac temeritate ſua fieret quod in alia procaci ac petulanti epiſtola ſua factum non eſſe queſtus erat Titus: ut in qnædã acta publica exirent ac referrentur indeq; Titi laudes ab omnibus cognoſcerentur. Acta enim forenſia: ut publica: omnibus patent ab omnibuſq; legi poſſunt. Sciantq; omnes q̃ ex æquo tecum uiuit imperium. Hoc ex hiſtoria ſumptum eſſe uidetur. Nam ut tranquillus narrat. Poſteaquam a Hieroſolimarum expugnatione rediit Titus: nunquam deſtitit participem atque tutorem imperii agere. Triumphauit cum patre unaque cenſuram geſſit: eidem collega & in tribunatia poteſtate: & in in ſeptem conſulatibus fuit. Sed hic quoq; locus uarie legitur. Quidam enim triumphalis & cẽſorius

tu ſextũq; conſul: legunt. Quidam uero Triũphale & corſori-
um ius exeaſq; conſul. Cum uero uno dũtaxat modo ſcripſe-
rit Plynius: eorꝝ alteros decipi neceſſe eſt. Ac mihi qdem prior
ſcriptura rectiſſima uidetur: ut legatur Triũphalis & corſori
us tu ſextũq; conſul. Sic nãq; & ſenſus eſt pſpicuus. & oratio co-
heret: ſi es uerbũ: quod frequẽter cũ elegantia prætermittitur
ſubintelligatᷣ. Nec me mouet quod qdam dicunt. Titum ſe-
pties cõſulem fuiſſe: cum Plynius ei forſitã hoc opus dicaue-
rit ſextum gerẽti cõſulatum. Illo ego magis adducor: ut ſic le-
gam: quod ius triũphale ac cẽſorium nõ ita eleganter: ut impe
rium uiuere dicitur. Idem præterea uerbum exeo intra duos
ſenſus repetitum ab elegantia Plynii uidetur alienum. Tranſi-
tus quoq; ille a re ad pſonam mihi parꝝ uidetᷣ eſſe concinnus.
Quare ſic mihi: ut dixi: uidetur eſſe legẽdum: ut intelligatur
Plynius exponere: quo nam pacto iperium ex æquo cum Tito
uiuat. Qui. n. triũphant: qui cẽſuram: cõſulatum: tribunatum
prætorii præfecturam gerunt: cum iis iperium Viuere merito
dicitur. Et quod his nobilius feciſti. Hoc quoq; de hiſtoria ẽ
ſumptum. Nam ut idem Trãqllus refert: præfecturam quoq;
prætorii Titus ſuſcepit nunq̃ ad id tempus niſi ab eqtate Ro-
mano adminiſtratam. Hoc eſt ergo quod Plynius inquit: nobi-
lius feciſti. Præſtãtes nãq; dignitate uiri illuſtriores efficiunt:
quos gerunt magiſtratus. His aũt ablatiuus nõ ad illud cõpara
tiuum nobilius mihi referẽdum uidetᷣ ſed cãm potius ſignifi-
care: ut intelligamus præfecturã Prætorii nobiliorem a Tito
q̃ antea fuerat: effectam illis honoribus: quos pridem geſſerat
Titus: hoc ẽ triũpho: cenſura: cõſulatu. tribunatu. Præfectus
autẽ Prætorii eum apud imperatorem optinet locum: quẽ tri
bunus celerum apud reges & magiſter eqtum apud dictatores
habebant. Omniaq; hæc reip. hic diſtinguendum eſſe ne ad-
monitione qdem mihi dignum eſſe uideretur: niſi a quibuſ-
dam hic ſenſus cum ſequenti confunderetur. Preſtas autẽ uer-
bum eſt ſubaudiendum. Et nobis qdem qualis in contuberꝛ
nio? fuiſti ſubintelligatur. Cum Tito nãq; Plynius militauit.
Eſt autem ita cum interrogatione & quadam admiratione le-
gendum: ut intelligamus Titum humaniſſimum benigniſſi

mũq; incontubernio fuiſſe:id quod facile quæ ſeq̃nũtur:declarant. Itaq; cum cateris. Cum igitur inquit omnia ea quæ enumerata ſunt ornamenta:aliis pateant atq; aperta ſint:& ante oculos uerſentur:cum te Venerãtur:nobis ſola ſupereſt audacia:ut te familiarius colamus. Quod quidem inquit tibi i-putabis.ac ſi diceret humanitate tua fretus te colere familiarius audeo. Quãuis autem ego ſim inculpa: tua tamen eſt in cauſa facilitas. Perfricui faciem nec quicq̃ profeci. Ne audaciam quidem ſibi ad Titum familiarius colendum ſupereſſe inde colligit:quod cum pudorem deponere conatus ſit: frontem perfricando impudentemq; reddendo:nihil tamen profecerit:cum alia iua Titus ipſe ĩgens præſtantiſſimuſq; occurrat:ac etiã lõgius ip̃m facibus & luminibus ĩgenii & eloquẽtia ſũmoueat:abſeq; repellat. Facibus autẽ.ſ. littera de medio expuncta ẽ legẽdum. Eſt .n. a magnis fulgoribus:quos acies oculoꝝ pferre nõ põt:trãſlatio ſumpta. Faces uero ĩgenii eloquẽtiam ĩtelligit:quæ & lumẽ ĩgenii a fabio in præfatione primi libri de ĩſtitutione oratoria dicitur. Id quod e Ciceronis Bruto ſumptum eſſe uidetur. Vt enim hoĩs decus inquit ingenium:Sic ĩgenii ipſius lumẽ eloquẽtia. Vnde ẽt ſubiicit Plynius. Fulgerat in nullo unq̃ uerius dicta uis eloquẽtie:tribunitiæ poteſtatis facundia. Tribunos nãq; plurimum ualere eloquẽtia oportebat. Vt qbus ſæpenumero ad populum habendę orõnes forẽt. Ea uero attribuit Tito Plynius:quæ fuiſſe in Pericle antiq comici Eupolis & Ariſtophanes uel cũ eum rephendunt:fatenť. Cum.n. Atheniẽſibus orõnem hẽbat:tonare ac fulgurare uidebať. Quando tu ore p̃ris laudes tonas. Quãto legẽdum eſſe q non uidet:Plynii libris fruſtra ĩcumbit. Quẽadmodum fratrẽ quoq; imitareris excogitaſti. Domicianũ ĩtelligit Titi fratrẽ natu minorem:quẽ pœtices carminumq; ſcribẽdoꝝ ſtudioſum fuiſſe cõſtat. Cum hãc operã cõdicerẽ nõ eras in in hoc albo. hoc ẽ. Cum hos libros ſcribere deſtinarẽ:te iudicẽ nõ faciebã Metaphora aũt ſumpta ẽ a iudicibus forẽſibus:quoꝝ noĩa in albo ſcribebanť : quo ab oĩbus legi poſſent. Cõdicere uero:ẽ denunciare:& condictio apud iuricſonſultos actionis eſt nomen. Album autem tabula

erat de albata:in quā & nōīa iudicum & edicta prætorum ali orūq; magiſtratuum ſcribebātur. Vnde apud iuris cōſultos ii graui pœna puniendi cenſentur:q prætoris album corru/ piſſent. Præterea eſt quedam publica et eruditoꝝ reiectio. Alia rō:qua ſi libros Tito non dicaſſet:uti potuiſſet. Eſt autē hæc quæq; tranſlatio a iudicibus ſumpta:q cum ſuſpecti ſūt reiici proprie dicunť. Extra omnem īgenii aleā poſitus.hoc eſt extra omne temerarium de īgenio iudicium periculumq; cōſtitutus. Alea nāq; fortunæ eſt temeritas:quæ maxime in lu dis ſpectatur. Et quod miremur per aduocatum defendiť. Cū Cicero aduocatorum fuerit præſtātiſſimus:quis nō mire tur:ſi alterius patrocinio īdigere uideať? Hæc aūt lucilii uer ba qbus nimiū docti reiiciūť:Cicero ī libris d' rep. uſurpauit. Hæc doctiſſimū pſiū legere nolo. Qui primus cōdidit ſtili naſū. Multi d ſtili naſo uaria dixerīt:ſed pauci admodū q ſit ſtili naſus:recte hactenus expoſuerīt. Alii nāq; dnt ſtili naſum ſubdolā eē pūctiōis repræhēſiōiſq; irriſionē. Alii ſtili acrimo niā.acerbitatē.dicacitatē:q̄ ī ſatyrus uſus eſt Lucilius:ſtili na ſū eē cōtēdūt. Inſulſi uero qdā rephēdēdi ac Satyræ acrioniā ſtili naſum eſſe blatterant. Cæterum: ut nihil iſtoꝝ recte aſſe ritur:ſic fortaſſe id quod mihi uidetur:eſt ueriſſimū:cōpo/ ſitionis irriſionem repræhenſionēq; ſtili naſum a Plynio di/ ci. Nam Lucilius nō hoīum modo uitia eſt inſectatus: Verū ineptas quæq; ſcriptoꝝ cōpoſitiones:ut Cicero Fabiuſq; teſtā tur:irriſit atq; repræhēdit:quem Perſuis imitatus mollia la ſciuaq; ſui tēporis poetaꝝ carmina in prima Satyra deridet. Hinc.n.illa ſunt:Claudere ſic didicit uerſum Berecinthius Atys. Toruaminalloneis īplerunt cornua bombis: & pleraq; alia. Cū uero Lucilius primus omnium cœperit alioꝝ irride re ſtilum atq; compoſitionem: mirandum eſt ; cur quenq̄ ab operis ſui lectione reiecerit:Quo'qdem argumento a maiori ſumpto colligit Plynius. Se honeſtiore de cauſa aliquem iu/ dicem reiicere poſſe. Hoc eſt.n.quod inqt. Quanto nos cau ſatuis ab aliquo iudice defendimur? Hoc eſt. Quāto nos ho neſtius aliquem iudicem a ferenda de ope noſtro ſententia re pellimus? Nam ab aliquo iudice ſe defendere:ſignificat ali/ quem iudicem reiicere. Ad tollendam uero ambiguitatē mi

hi magis placeret:ſi in actiua uoce defendimus: legeretur.
Sed hæc mihi nunc patrocinia ademi nuncupatione:hoc eſt
dedicatione. Cum enim hos Tito dicauerit libros Plynius:
uidetur ipſum iudicem elegiſſe:ſicq; nullum ſibi ius ipſius
reiiciendi reliquiſſe. Cum apud Catonem illum ambitus
hoſtem. Plurimum intereſſe ſortiatur aliqs iudicem an eli-
gat:duobus probat Exemplis:& candidatorum quorūdam:
qui Catonem ambitus hoſtem ſibi iudicem elegerunt: & Sci
pionis Aſiatici:qui ad collegium tribunorum prouocauit.
Nam ſenatus Catone ſuadente quod populū Romanum lar
gitionibus corruptum uideret:decreuit:ut qui deſignati fo-
rent magiſtratus:ſubire iudicium cogerentur:quāuis nullos
haberent accuſatores. Quod quidem etſi ægre tuliſſent:& q̄
magiſtratus ambibāt: & plebs largationibus aſſueta:candida
ti tamen duodecim milia dragmarum in unum contulerunt
ſponſione facta:ut qui largitionem feciſſe foret depræhen-
ſus:argentum amitteret. Arbitrum autem elegerūt Catonem
ac eam pecuniam apud eum deponere ſtatuerūt. Sed Cato pe
cunia reiecta uades accepit:ac quendam ex candidatis cōtra
ſponſionem feciſſe cōuictum pecunia mulctauit: L. uero Sci
pio Aſiaticus Africani frater ob prædam belli contra Antio-
chum regem geſti male diuiſam damnatus:cum prædes non
daret:a Caio Minutio Augurimo Tribuno plebis ī carcerem
duci iuſſus ad reliquos tribunos prouocauit. Cum uero alii
intercedere nollent:Sempronius Gracchus: qui ex profeſſo
Scipionibus erat inimicus:cum iuraſſet ſe nondum cum Sci-
pionibus ipſis in gratiam rediiſſe: illū a collegæ uiolētia pro
hibuit:quod diceret indignum eſſe & a maieſtate populi Ro
mani alienum eum:cuius ductu hoſtium duces in carcem cō-
iecti fuiſſent:eodem ipſum deerudi. Vnde prouocatio ap
pellatur. Qui ad aliquem prouocat: is eum eligere ac ſum-
mum cauſe ſuæ iudicem conſtituere uidetur. Merito igitur
inde prouocatio fuit appellata:ut alieni auxilii iudiciiq; im-
ploratio. Prouocare nanq; eſt porro & longe uocare ac alteri-
us opem inuocare. Hoc autem uerbum eleganter accuſatiuo
cū ad præpoſitione copulat̄:q̄uis appellare in eadē ſignifica
tiōe citra præpoſitionē accuſatiuū expoſcat. Te qdē ī excel

ſiſſimo. Et Titum laudibus efferendo:& opus ſuum extenu/
ando Plynius maximã ſibi conciliat beniuolẽtiam. Et mola
tantũ ſalſa litãt.hoc eſt:deos ſibi ꝓpitios reddũt. Mola uero
far erat toſtũ ſale aſperſum:quo in ſacrificiis priſci utebãtur.
Aut caſus mirabiles. Quidã inepte ac potius imperite miſe
rabiles legũt:cum eloquẽtia nõ ſolũ in miſerabilibus: ſed in
atrocibus quoq; caſibus oſtentari poſſit. Quare mirabiles om
nino mihi legẽdũ uidetur. Cũ honoris prefatione ponẽdis.
Honoris præfatõem uocat Plinius huiuſmodi uerboꝝ leni/
mãta. Vt ita dicam:ut hoc uerbo utar. Quod uulgus appel/
lat:permittatur mihi ſic dicere ſimiliaq;:nõ autem:ſit honor
auribus ueſtris:ut quidam putãt. Præterea iter ẽ nõ trita au
ctoribus uia. Elegãter attentum reddit imperatorem cũ no/
ua minimeq; trita uia ſibi iter eſſe dicat. Iam oĩa attingenda
quæ græci idiopedias uocãt. Quidam εγκυκλό παιδιασ
minus recte:ut ego quidẽ ſentio:legũt:ut intelligamus circu
larem eruditionẽ & diſciplinam: quem diſciplinaꝝ orbem
Fabius uocat. Sed de circulari diſciplĩa Plynius hoc loco ſen
tire nõ uidetur. Eam nãq; iam tum ab adoleſcẽtia perceptam
ab illo fuiſſe maxime ueriſimile eſt:cum Fabius ſcribat: euꝫ
diſciplinaꝝ orbem futuro oratori perq̃ neceſſarium eſſe. &
nemo præſtãs eſſe doctrina poſſit:niſi oẽs diſciplinas percur
rat. Idiopædias igitur hoc eſt proprias uniuſcuiuſq; eruditio
nes mihi legẽdum uidetur. Innuit.n.ſibi opiniones ſinguloꝝ
de iis rebus:quas ſcripſit:fuiſſe attigẽdas:ut de cœli æternita
te Ariſtotelis atq; Platonis & alioꝝ:qui de mundo ſcripſerũt.
Quoniam ut ait domitius Piſo theſauros eẽ oportet nõ li/
bros. Pulchrum elegãſq; Piſonis dictum. Theſauri nãq; ſunt
precioſi. Libri uero hoc eſt arborum cortices nullius pretii.
Vigĩtimilia reꝝ. Finitus ẽ & certus nũerus mĩe ꝓ iſinito po/
ſitus:ut qdã putãt. Neq;.n.ẽ poeta Plynius:ut certũ definitũ/
q; nũeꝝ ꝓ iſinito põat:q̃uis poeticis ĩterdũ figuris utatr. Suc
ciſiuis tpibus iſta curãus. Succiſiua tpa dñr:q negociis ſucci/
dũtr atq; ſubtraũtr. Muſitãus:murmurãus & nobiſcũ ſecreto
loqmur. Nec fidrcia opis hæc ẽ ſed dicatura: Corrupte qdẽ
ſic legitur hic locus eoꝝ temeritate:qui facile ſuas opiniones

priſcis exemplaribus añteponũt. Cũ.n.ueteribus in libris ſic ſcriptum iueniatur. Hec fiducia eſt operis.hæc eſt indicatura.Iſti parum Plynii acumina percipientes putanteſq; nomen illud idicatura nihil ſenſui conuenire; totum hũc locum deprauarunt:& uerba immutantes;& illam ſed copulam ex cõmodo ſuo aſcribentes:cum ſenſus exigat ut indicatura legatur:& nihil illius copulæ ſed indigeat. Quare ut in uetuſtis eſt codicibus:ita legatur.Hæc fiducia eſt operis. hæc eſt indicatura. Vt ſit ſenſus. Fiducia & pretium noſtri operis in eo ſolo conſiſtit:quod ad te ſcribimus.Hoc uero pulchra ratione comprobatur.Multa inquit alioqui uilia idcirco præcioſa uidentur ; quod templis ſunt dicata. Indicatura autem præcium ſignificare aperte ex ultimo naturalis hiſtoriæ libro colligi poteſt.Sic enim ibi inquit Plynius.Neq; eſt hodie murrini alterius præſtantior indicatura. Quod ſi ut iſti deprauarunt:legatur:nullus penitus erit ſenſus. Quid.n.non erit fiducia operis? Quid erit dicatura? profecto nihil: cum aliud uerbum nõ ſit aſcriptum. Nos quidem omnes patrem te fratréq; diximus. Geſta inquit & Veſpaſiani patris & tua & Domitiani fratris mihi ſunt celebrata in ea hiſtoria: quam de noſtris ſcripſi temporibus. Vnũ autem & triginta libros hiſtoriarum a Plynio fuiſſe ſcriptos ex epiſtola iunioris Plynii notũ eſt. A fine Aufidi Baſſi.Hic quoq; Baſſus hiſtoriam ſcripſit: a cuius fine ſcribere Plynius cœpit. Vbi ſit quæres. Quæ relatiuum incuria librariorum aſcriptum eradendum eſſe ne admonitiõe quidem eſt dignum. Iampridem pacta ſancitur. Quidam ita legunt:ut per acta duo ſint uerba exponũtq;:,quæ iampridem cõfirmatur per res noſtras geſtas:hoc eſt: uera eſſe comprobatur.Mihi peracta participium eſſe uidetur:hoc eſt completa & finita. Vt intelligamus iampridem editam ab omnibus approbari.Illud certe iam pridem aduerbiũ præteritum tempus expoſcit. Et alioqui ſtatutum erat. Niſi inquit geſtorum ueſtrorum rõnem habuiſſem decreueram hæredi mandare illam hiſtoriam emittendam:ne uiderer ambitioni & gloriæ uiuus ſtuduiſſe. Proinde uero occupãtibus locũ. Quanto ſit animi candore Plynius: facile hinc

colligi pōt. Se nāq; & iis fauere inquit: q̄ locum occupāt: & an
teq̄ uita fungātur: opera edūt; & iis q poſt ſe futuri ſunt: q̄uis
eos non ignoret ſecum q̄dam cum æmulatione decereaturos
Vt ipſe cum prioribus fecit. Huius uero animi ab omni inui-
dia liberi ſignum eſſe ait: quod noīa eorum: qui primi aucto
res rerum de qbus ſcribit: fuere: ſuis libris præpoſuit. Scito
.n. cōferētem me acutores. Quorūdam impudentiam mali-
gnitatēq; damnat: qui cum eſſent iuratiſſimi hoc eſt iuriſiurā
di uículo cum ueteribus cōiuncti ipſiſq; proximi: quæ tñ ab
illis fuere prius excogitata: ſibi ita aſcripſerūt: ut nullā prio
rum auctorum fecerint mētionem: perinde ac ſi ipſi primi in
uētores fuiſſent. Iuratiſſimos aūt & proximos alii aliter expo
nunt. Quidam .n. iuratiſſimos litteratos accipiūt: & quaſi iu
reiurādo doctiſſimos affirmatos. Proximos uero eos intelli-
gunt: qui pp doctrinam proximi ſunt fame. Alii adiuratiſſi-
mis legunt ſicq; exponūt. Adiurati cuius ſuperlatiuo utitur
Plynius: ii dicuntur qui uinculo quodam amicicie quaſi ſa-
cramento aſtricti ſunt. Hi ab aliis deuoti dicuntur. Adiura-
tiſſimis igitur id eſt coniūctiſſimis. Mihi ut de iſtis diiudicē
opinionibus: poſterior hæc expoſitio magis ad Plynii ſēſum
accedere uidetur: tametſi ab iuratiſſimis exiſtimē eſſe legen
dum. Neq; .n. iuratus ulla rōne litteratū ſignificare uidetur
cum iuratus proprie qui iurauit dicatur. Neq; proximi ꝓ iis
qui propius ſunt famæ & celeberrimis accipiuntur. Sic autē
mihi exponendum uidetur. Vt dicat Plynius ueteres aduer-
bum tranſcriptos ab iuratiſſimis & proximis. Hoc eſt ab iis:
qui deditiſſimi maximeq; propinqui ipſis ueteribus eſſent
Quo .n. qs alicuius ē ſtudioſior atq; familiarior: eo magis rō
nē ipſius nominis hr̄e debet. Quinā uero illi fuerint: nec Ply
nius ip̄e tradit: nec nos facile ꝑcipere poſſumus: cum priſcoꝝ
opera pauca admodum extent. Magis aūt de græcis q̄ de lati
nis Plynium ſentire: exempla quæ ſubiiciuntur: aperte decla
rāt. Vergilius .n. ita imitatus eſt Theocritum in bucolicis He
ſiodum in georgicis & Homeꝝ in æneide: Vt aptiſſime cum
illis certaſſe uideatur. Cicero etiā quos ſequatur: manifeſte
profitetur. Cum præſertim ſors fiat ex uſura. Qui ex mu-

tuarum pecuniarum uſu lucrantur:ii ex uſura ſortē facere
dicuntur. Vſura nāq; frequenter pro uſu ponitur. Hac autem
metaphora ab iis qui mutuo pecunias accipiunt ſumpta: Ply-
nius ſignificat eos ſibi male conſulere: q ab aliis accipientes: q̃
ut ſua ſcribunt: malunt uideri furati q̃ imitati eſſe: cum præ-
ſertim ex uſu alienoꝝ dictoꝝ propria ſibi opera cōficere poſ
ſint. Inſcriptionis apud græcos mira eſt felicitas. Aſſignatu
rus ſuæ inſcriptionis ratōem Plynius: prius græcorum quorū
dam uanitatem irridet: quibus cū ſit maxima lepidaꝝ inſcri-
ptionum copia: illis tamen abutuntur: cum ea quæ in operi-
bus continentur: minime inſcriptionibus reſpōdeant. Vt qui
cerion hoc eſt fauum inſcripſere: perinde ac ſi opus illud ita
omni ſuauitate ſit refertum: ut melle fauus. κηριον nāq; fa-
uus interprætatur. Alii κε ασ αμαλρειασ: hoc eſt cornu
Amaltheæ capræ quæ Iouem nutriſſe dicitur. Eius uero cor-
nu rebus oīs generis affatī; repleto Copia dea uti dicitur: dū
aut agris fertilitatem immittit: aut hoīum alicui diuitias ſi-
ne mō largitur. Qui ergo opus κεραστ αμαλ εασ inſcri-
bit: in illo oīa bona aſſatim cōtineri ſignificat. Velut lactis
gallinacei. Prouerbiū ē quo ſolemus ſignificare: nos oīa ēt q̃
nō inueniūť præſtituros. Iam iā mos pandectæ. Sic quidem
legitur ſicq; etiā a doctis exponitur: ut pādectæ & enchiridi
on & pinacidion ſint genitiuis caſus. Mihi uero & nominatiui
eē uidentur: & uerbum illud mos imperite aſcriptū. Forſitā
autem prius mox legebatur: ut eſſet expoſitio illius iam iam
Quod quidem cum ſenſui nihil conueniret: in moris nomi-
natiuū fuiſſe conuerſum maxime uериſimile uideť. Sed hic
quoq; ſupflue aſcriptus uř. Nā pādectæ fere ī plurali īueniū
tur: & ille ntūs inſcriptiōes aut uacabit aut illos ntōs pādectæ
enchiridiō piacidiō excipiet: ut ītelligāus pādectas ēchiridiō
Pinacidiō īſcriptōes eē pp q̃s uadimoniū & maximū qđq; ne
gociū deſeri poſſit. Pādectæ uero dn̄r libri oīa cōtinētes: q̃-
les ſunt pādectæ iuriſcōſultoꝝ. παν nāq; totū δεχομαι ca
pio ſignificat. Enchiridiō pōt īterp̄tari manuale: qđ ſemp in
manibus ſit habēdū: q̃le ē Diui Auguſtini enchiridiō. Pinaci
dion uero tabella dř απο του πιν κοσ: hoc eſt a tabula di-

minutiuum. Pinacidia uero etiam librorum indices dicũtur Libri uero qui ſic inſcribuntur: uidentur rerum omnium capita complecti: Vadimoniũ deſeri poſſit. hoc eſt maximũ quodq; negotium derelinqui. Nam qui uadimonium deſeruiſſet: a lite cadebat: & in carcerem coniiciebatur. At cum intraueris. hoc eſt: cum libros eorum legere cœperis: nihil prorſus eorũ quæ præ ſe ferunt inſcriptiões: inuenies. Noſtri craſſiores antiquitatum. exemplorum artiũq;. hic eſt diſtinguendum: quãuis quidam cum iis quæ ſequuntur: confundant. Latinos autem: ut qui ſint rudiores artium: minus lepidis uti inſcriptionibus ait. Quam faceti ſſimi lucubrationem dicunt. Qui inquit latinorum faceti ſſimi ſunt: inſcribunt opera ſua lucubrationes: ut is aſſerit: qui ait Bibaculus eram & uocabar Pantomimus. Furius nãq; Bibaculus: qui ab eleganti imitatione Pantomimus eſt appellatus: aſſerit q̃ faceti ſſimos latinorum opera ſua inſcribere lucubrationes. Varie autem legitur hic locus. Alii nãq; q̃ faceti ſſime: ut ſit aduerbium legunt atq; cum ſuperiore ſenſu confundunt. Alii q̃ faceti ſſimi quidem legunt: ſed ita ut genitiui ſit caſus. Pro iſto autẽ uerbo dicunt puto reponunt: exponuntq;. puto faceti ſſimi eſſe hominis. Quidam aſſerit uerbum in aſſuit putant eſſe commutandũ: ac cũ Varronis nominatiuo iungendũ. Sed iſta mihi lõge abeſſe a uero Plynii ſenſu uidentur. Plynius nãq;: ut ego quidẽ ſentio: rationem eam: qua probat latinos rudiores antiquitatum eſſe: quod illorum q̃ faceti ſſimi lucubratiões dicunt: auctoritate Furii Bibaculi cõfirmat. Varro in ſatyris ſuis ſuſtulit & flexibula. Hic quoq; ſenſus uarie inepteq; exponitur. Quidam. n. aſſerunt Varronem de ſatyris ſuis ſuſtuliſſe. hoc eſt. remouiſſe Flexibula inſcriptiõem nimiũ feſtiuam. Quod quidem manifeſtæ imperitiæ eſſe conuincitur. Sæpe nãq; Varro in flexibulis allegatur. Alii ſuſtulit exponunt pro paſſus eſt a ſufferendo: ut intelligatur paſſus eſt inſcribere. Mihi ſuſtulit hoc loco in altum tulit atq; extulit ac deniq; celebrauit: ſignificare uidetur. Eam nãq; inſcriptionẽ Varro primus in lucem extuliſſe celebrẽq; reddidiſſe putandus eſt. Flexibulum autem eſt nomen ex græco latinoq; compoſitum: ut epitogium

apud Quintilianum. Flecto nãq; latinum βουλ η quod cõſi-
liũ mẽteq; ſignificat: græcũ. Nã flexibula dñtur q̃ſi hominũ
mentes flectentia. Scripſit autem Varro Satyras nõ quales Lu
cilius hexametro uerſu: ſed trimetro iambico ad ſimilitudi-
nem comœdie atq; tragœdie: quaꝝ non nullas menippeas: q̃ſ
dam flexibula inſcripſit. Sed nulle eaꝝ extant. Apud græ
cos deſiit nugari. Diodorus & bibliothecis hiſtorias ſuas ĩſcri
pſit. Hic locus non ſolum male exponitur: ſed corrupte quo-
q; legitur. Neq; de temerariis quibuſdam grammaticulis mi-
ror: qui ſua imperitia omnia confundunt: ſed de uiris doctis
græcarum litterarum non ignaris: qui tantum in errorẽ tam
puериliter ſint lapſi. Aiũt.n. Diodorũ idcirco apud græcos.
deſiiſſe nugari: quod nulla feſtiuiore ĩſcriptõe ſit uſus. Iſtud
uero manifeſte eſt falſum. Nã Diodorus Siculus hiſtorias ſu-
as: quas a mundi origine repetit: bibliothecen ĩſcripſit: id qđ
ex iis quæ de uita eius Suidas clarus auctor ſcribit: apertiſſi-
me colligi poteſt. Quare non idcirco nugari deſiiſſe dicitur
Diodorus: quod nullo feſtiuiore titulo ſit uſus. Sed quod lõ
giſſimæ hiſtoriæ: quam a principio mundi repetens quadra-
ginta libris complexus eſt: tãdem impoſuerit finem. Sed eſto
nulla uſus ſit inſcriptione Diodorus: quod aperte falſum ẽ:
nũ ꝓpter hoc deſiiſſe nugari recte a Plynio diceretur? Quæ
nãq; in inſcriptõe: quæ fere uno duobuſue ſummũ uerbis ab-
ſoluitur: nuge ineſſe poſſunt? Profecto nuſq̃ minus loci nu-
gis q̃ in libroꝝ titulis inuenietur. Quod igitur Plynius inq̃t
Diodoꝝ deſiiſſe nugari: ad hiſtoriæ ꝓlixitatem: nõ ad inſcri
ptionem mihi uidetur eſſe referendũ. Bibliothecen preterea
ꝓ bibliothecis eſſe legendũ q̃uis exẽplaria refragẽtur: facile
contenderim. Quis.n. unq̃ bibliothecis rei inanimatæ opera
ſua dicauit? Quid? quod inſcribere proprie ſignificat inſcri
ptionem tituluq; libro apponere: non dicare & ſcribere: in q̃
ſignificatione accipiatur oportet: ſi bibliothecis ĩ datiuo lega
tur. Facile autem crediderim Diodorum hiſtorias ſuas ĩſcri-
pſiſſe bibliothecen: quod magnitudine atq; prolixitate bibli
othecæ pares uiderentur. Appion quidam grammaticus.
Hic quoque locus menda non caret quæ tamen unius uocalis

a in e cõuerſione tollit̃.Nõ.n.qdam:ſed quidem mihi legẽ dum uidetur.Quidam.n.de obſcuris humilibuſq; dici conſueuit.Appion uero grammaticus:q fuit Aegyptius ac romæ grãmaticã docuit & hiſtorias ſcripſit:adeo notus illis tpibus erat:ut cymbalum mũdi a Tiberio Cæſare fuerit appellatus

Et ne in totum uidear græcos inſectari.Et ne uidear ĩquit prorſus græcos inſectari atq; damnare:uelim nos intelligi atq; effingi ex eoꝝ artificum iudicio:qui in his libris inuenientur abſolutiſſima quæq; opera:quæ ſane oẽs admirantur:pẽdẽti atq; ſuſpenſo & imperfecto titulo ĩſcripſiſſe:hoc modo Appelles aut Polycletus faciebat:tanq̃ incoata necdum perfecta ars uideretur:ut contra uaria hominum iudicia regreſſus foret aduenia: tanq̃ emẽdaturis quicqd ĩ opibus fuiſſet deſideratum:ſi morte intercepti nõ fuiſſent.Refert aũt Plynius ipſe in.v.&.xxx.libro Appellem conſueuiſſe opera iam abſoluta in Pergula proponere poſtq; ea latere:ut quæ a prætereũtibus rephenſa fuiſſent: emendaret. Quare plenum uerecũdiæ illud eſt.Modeſtiſſimum illud Plynio uidetur:quod p̃ſtantes illi aitfrices omnia opera titulo pendenti tanq̃ nouiſſima & ultima inſcripſere:tãq̃ ſingulis Fato & auctoris morte aliquid foret adẽptũ atq; ereptum. Tria nõ amplius.Ex omnibus inquit appellis operibus tria dũtaxat abſolute & perfecte inſcripta traduntur.hoc mõ.Appelles fecit. Illa uero ab eodẽ Plynio eſſe traduntur imago ueneris e mari exeuntis. Caſtor & pollux cũ Victoria & Alexandro magno.Item imago belli reſtrictis poſt terga manibus Alexandro in curru triumphãte. Quo apparuit.Ex quo inquit colligitur ſummã artis ſecuritatem auctori eoꝝ opeꝝ placuiſſe:cum tam pauca pfecte ĩſcripſerit. Et ob id oĩa ea magna ĩuidia fuer̃.ob id ĩqt:qd abſolute illa tria opa inſcripta fuere:magnam aoctori cõflarũt ĩuidiã. Vt obiter caueã iſtos homero maſtigas.Vt ĩterea inqt & ĩ trãſcurſu caueã iſtos detractores: quos Homeromaſtigas græco uocabulo appellauit: tãq̃ Homeri poetaꝝ eminẽtiſſimi flagella & ſcuticæ forent.Maſtix.n.græce ſcutica & flagellũ dr̃.Quod qdẽ nom̃ cũ maſtigos ĩ gtõ faciat:ñ uideo cur Homeromaſtigas quoq; p.g.nõ p.c.ſcribi debeat.Pri

mus ãt Zoilus qdã cũ ĩ Homeꝝ fuiſſet ĩuectus: Hõẽromaſtix
uoluit appellari. Iñ factũ ẽ ut oẽs doctoꝝ uiroꝝ calũniatores
Homeromaſtigas uocemus. Obiter ãt ĩterea atq; ĩ trãſcurſu
ꝓprie ſignificat: nõ tali cã: ut qdã exponũt. Quã ut audio
dicere ſtoicos. Huiuſmõi nãq; philoſophi aliena ſcripta rep-
hẽdebãt: ut cæteris dictores uiderẽt. Rectius aũt eos oẽs Ho-
meromaſtigas appellari ait: q̃ ſtoicos aut dialecticos aut epi-
cureos. Hæc nãq; noĩa q̃dã p̃ſe ferunt excellẽtẽ doctrinã: cu-
ius iſtos ĩnuit Plynius eẽ expres. Cũ celerius ẽt elephãti pa-
riãt. Elephãti ut ipſe ĩ octauo narrat: decẽ annos ĩ utero geſta-
re a uulgo putãt. ab Ariſtotele dũtaxat bieñiũ. Cernĩus ẽt ad
uerſus Thephraſtũ. Theophraſtus cũ primũ tirtamus uoca-
ret: ab Ariſtotele Theophraſtus ob diuinã eloquẽtiã fuit ap-
pellatus. Nã Theophraſtus diuĩe loquẽs interp̃tari põt. Quæ
nã uero fuerit ea mulier: q̃ ĩ Theophraſtũ ſcripſerit: nõ me-
mini me legiſſe. Fabius qdẽ ĩ octauo ĩſtitutionũ oratoriaꝝ re
fert: ip̃m a uetula q̃dã attica unius uerbi affectatõe annotata:
hoſpitẽ fuiſſe appellatũ. Et ꝓuerbiũ ĩde natũ. Hoc ꝓuer-
bio uti ſolemus: cũ qd præter æquũ & iuſtũ fieri uidemus.

Quid. n. ad te in meo uolumine? Verba ſunt Catonis pſpi-
cua & apta. Quid. n. illi aliud? Catonis etymologiam appro
bat Plynius. Eſt aũt parẽtheſis. Exequemur. n. uerbũ ad illd̃
ſecuri referẽ. Hoc ante me fecit in litteris noſtris Valerius
ſoranus. Huius ſorani Cicero in. iii. de oratore meminit. Scri
pſit aũt opus: qd' epopteidon hoc ẽ ĩſpectionum ſpeculatio-
nũq; appellauit. Sed mihi aut. περι p̃po græca uideẽ aſcribẽ-
da: ut legamus qd' περιεποπτειδων ſcripſit: aut ſaltẽ ĩſcri-
pſit legẽdũ hoc mõ. Quos εPoPTειδὼν inſcripſit.

Plura fortaſſe: q̃ par erat: tibi p̃ſertim: q Ariſtotelicæ bre-
uitati es aſſuetus: Sed alioꝝ quoq; rõ hñda fuit: ſiq forte hæc
ſibi attingẽda putabũt. Quibus facile qdem niſi mĩus recte
ab aliis expoſita cõfutaſſẽ: temere ab ipſis diſſentire uiderer.
Quod ſi tibi hæc grata fuiſſe cognouero: aliis quoq; operis il
lius locis: quæ obſcuriora uidentur: aliquid luminis afferre
temptabo. Vale.

Conf. p. 80. 1.

RAPHAES REGIVS HERMOLAO BARBARO SALVTEM.

Iſputationem: quam mihi nuper & ineptiæ & con
uicia & fœdiſſimi cuiuſdam calfurnii errores in
d media Academia patauina expreſſerunt: ſtudioſi
iuuenes: ut emittam efflagitare non deſiſtunt. Hu
ic aliquid patrocinii cum nuncupatione quoq; cō
parare īſtituerem: tu mihi in primis: cui ipſam di
carem: occurriſti. Solent. n. quæ præſtantibus doctrina ac di-
gnitate uiris ſcribuntur: aliis quoq; & gratiora eē & facilius ꝓ-
bari. Tu uero ea es diſciplinaꝝ omnium cognitione: ut quem
tecum poſſimus conferre: habeamus profecto neminem. Tu
nāq; utrāq; linguam ita calles: ut utra tibi ſit ingenita difficile
iudicatu uideatur. Tu philoſophoꝝ dogmata: tu iuriſcōſul-
toꝝ placita optime tenes. Tu deniq; totius humanitatis ita es
peritus: ut nihil ſit tam in ſtudiis tenue. nihil tam magnū qđ
tibi pulcherrime non ſit notum. Hinc & merito quidem fit:
ut docti omnes atq; ſtudioſi te colant: te obſeruent: ac tuo fa-
ne q̈ acri iudicio ſcripta ſua litterariaſq; controuerſias ſubiici
ant. Quare ſi tibi recte uidebor in hac reprehenſione ſenſiſſe
nihil eſt mihi dubitandum: quin doctiſſimus quiſq; meam
ſit probaturus opinionem. Vale maximū ſtudiorū
decus. Padue idibus Maiis. M. cccclxxxviii.

RAPHAELIS REGII CONCLVSIONES ET QVAESTIONES IN NONNVLLOS ERRORVM CVIVSDAM CALFVRNII BESTIAE.

Polidamanta pro Nerone & Troiades pro Romanis inepte nimium acceperunt: qui ſic illud Perſii expoſuerũt. Ne mihi Pulydamas & Troiades labeonem prætulertnt.

Qui priſcis ſtudent poetis minime a Perſio illis uerſibus: ut quidam putant: reprehenduntur.

Eſt nunc bryſæi quem uenoſus liber actii.
Sunt quos pacuuius & uerucoſa moretur
Anthiopa ærumnis cor luctificabile fulcta.

Locus ille Perſii mendoſe a quibuſdam legitur maleq; exponitur.

Audaci quicũq; aeflate cratino.
Iratum eupolidem prægrandi cum ſene palles.
Aſpice & hæc ſi forte aliquid decoctius audis.
Inde uaporaia lector mihi ferueat aure.

A ceruus chryſippi indocte nimium ad librorum chryſippi ipſius multitudinem ab iis refertur: qui ſic ultimum Perſii carmen expoſuerũt.

Inuentus chryſipppe tui finitor acerui.

Illud Valerii maximi caput peruerſe & legi & exponi a qbuſdam aſſerimus. Maiores ſtatas ſolenneſq; cerimonias. & quæ ſequuntur.

Vtrum bene dicere an perſuadere ſit rhetorices finis.

Vtrum eadem quæſtio prima ſemper ex utraq; parte tractanda ſit.

Vtrum ex artis oratoriæ præceptis ac heroici carminis dignitate: Aeneam quadraginta & amplius annos natum a deco- Cæſarie poeta illis uerſibus laudarit. Reſtitit Aeneas claraq; in luce refulſit
Os humeroſq; deo ſimilis; nanq; ipſa decoram:
Cæſariem nato genitrix lumenq; iuuentæ.
Purpureum, & lætos oculis afflarat, honores.

Triplicem capiendi conſilii diuiſionem a Panætio ſtoico aſſignatam: minus recte in primo de officiis a Cicerone reprehenſam fuiſſe contendimus.

Illud Ennii dictum in primo de officiis perperam & legitur & exponitur. Salmacidas ſpolia ſine ſanguine & ſudore.

RAPHAELIS REGII IN NONNVLLOS ERRORVM CVIVSDAM CALFVRNII BESTIAE DISPVTATIO.

Amerſi grauiſſimo clariſſimæ huius acadēiæ
iudicio poterā eſſe cōtētus: q̄ me ex auditore ꝓ
feſſorē: ex diſcipulo doctorē effecit: cuiuſdā tñ
Ioānis bergomēſis: q poſus patriā ac nomē ſibi
a parētibus īpoſitū mauult Calfurnius Brixiē-
ſis noīari: calūnias ī me ſæpius priuatim publiceq; iactatas: ſe
mel ī iucudiſſimo cōſpectu nr̄o eruditiſſimi iuuenes retūde-
re & cōfutare decreui: ut oēs intelligatis quæ in me falſo euo-
muit: in ipm̄ ueriſſime regeri poſſe. Neq; .n. ſuus cuiq̄ neglīgē
dus eſt honor: & rectiſſima eſſe academiæ iudicia ego potiſſi
mum: qui plurimis maximiſq; honoribus ab ipa fui affectus:
ꝓ uirili mea præſtare debeo: & fœdiſſimi errores ab iſto Cal
furnio, poſteaq̄ ego deſii ꝓfiteri: diſſeminati: mihi in primis
uidētur explodēdi: quo hac ſaltem rōne academiæ: cui pluri
mum debeo: aliquid a me gratiæ referatur: Quo .n. anno me
primū in hanc urbem ſtudioꝝ gratia cōtuli: cum Cataldum
Siculum doctum quidem uiꝝ: ſed muneri profitendæ in tan
ta academia rhetorices minus aptū ducentorum florenorum
promiſſo Bononia euocatum: hoc in ampliſſimo loco facile
conuiciſſem atq; coarguiſſem: tanto iuuenū ſcholaſticoꝝ fa-
uore: egregia artis oratoriæ. Permittatur mihi quoq; dicere:
lectura fuit demandata: ut calfurnius iſte mihi tunc quoque
competitor q̄ turpiſſimam tulerit repulſam. Sola naq; falſi
nominis quo maxime gloriatur: oſtentatione fretus: cum de
ſe nullum unq̄ in litteris periculum feciſſet: doctorum iuue-
nū ſuffragiis idignus fuit iudicatus: qui mihi præponeretᷣ: q
ī media acadēia & legiſſē & diſputaſſē. Per .iiii. uero deīceps
ānos ita fui cōprobatus: ut duo p q̄ eruditi cōpetitores: ꝓ qb;
uiri & gratioſiſſimi & potētiſſimi ābibāt: me ab hoc munere ī
acadēia ꝓfitēdi repellere ī caſſū fuerit conati. Cū .n. doctiſſi
mi iuuenes me ꝓ uiribus officio meo fūgi: auditoribuſq; mi-
nime ingratum eſſe uiderent: nunq̄ potuerunt committere:
ut apud ſe plus gratia cuiuſq̄ ꝓceſue poſſent: q̄ iuriſiurādi re
ligio: q̄ doctiorib; aptioribuſq; ꝓfeſſoribus ſuffragari iubeᷣ.

Ac niſi tunc: cum repulſam ferre ſum uiſus: æquiſſima acade
miæ inſtituta bb eo q tunc academiæ ipſi præerat: fuiſſent pe
nitus uiolata: & ego fuiſſem cõprobatus: & calfurnius iſte ma-
ximo cũ dedecore fuiſſet repulſus. Suaꝝ uero ineptiaꝝ ſibi
cõſcius: cũ uirtute me loco depellere poſſe deſperaret: ad īſi
dias & dolos ac flagitioſiſſimas cõſpiratões confugit. ſceleſtiſ
ſimiſq; pactionibus cum illo rectore: qui potius ruptor corru
ptorq; ẽ appellandus effecit: ut quæ mihi comitioꝝ die: una
omniũ ſcholaſticoꝝ iuuenum uoce ac uoluntate lectura iteꝝ
fuerat delata: ſibi poſtridie triginta trium dũtaxat ſcholaſti-
coꝝ ſuffragiis: quod p inſtituta fieri minime poterat: deman
dari uideret. Ac ne ſic qdem uoti compos unq̃ fuiſſet: niſi ini
quiſſimus ille rector nõ ſolũ ipſe plura q̃ debebat: aduerſum
me tuliſſet ſuffragia: ſed cõplures etiam ſceleris ſui ſocios: q
idẽ facerẽt: induxiſſet: itaq; facinus diſpoſuiſſet ut alius ſex:
alius decẽ: alius duodecim: alius uiginti. alius ẽt plura. quod
incredibile eſt: ſed ueꝝ: pro ſingulis ſuffragia tulerit. Huiuſ-
modi igitur ſceleribus rhetoricã in academia ꝓfitendam cõ-
tra bonoꝝ omnium doctorũq; iuuenum uolũtatẽ calfurnius
iſte inuaſit: ſuiſq; ineptiis ita p duos annos inqnauit: ut non ſo
lũ tres una hora: quid uix triuialibus uicorũq; magiſtris dat:
explicet lectiones: ſed in fœdiſſimos quoq; & ſolœciſmos &
barbariſmos inter legendum quotidie incidat: deprauataq; ĩ
curia librarioꝝ exemplaria: cũ emendare ingenii tarditate ne
ſciat: peruerſe auctorum ſcripta & legat & expõat. Quare ab
omnibus ſcholaſticis iuuenibus: qui aliqd in litteris profece
rũt derelictus: puerulos corrogat: quibus ſe primũ eſſe mun
di hominẽ primũq; Italiæ lumẽ impudẽtiſſime iactare quo
tidie non deſiſtit: eoq; ueſaniæ ꝑuenit: ut neminem præter ſe
quicq̃ litterarum ſcire ſibi pſuadeat: ſeq; primum artis orato
riæ profeſſorem putet: cum neq; latina neq; uernacula lingua
niſi ineptiſſime loqui ſciat: Hic nãq; fit: ut ſuæ ĩfirmitatis cõ-
ſcius mecũ in certamen litterariũ: qđ eſt uiris doctis honeſtiſ
ſimũ deſcẽdere nõ audeat. Cõuiciiſq; uero & calũniis: qđ cũ
aliis oĩbus tũ humãitati deditis ẽ turpiſſimũ: me ubiq; onerarẽ
ñ dſiſtat. Quid. n. aliđ iſtũ primũ orƀ terraꝝ & ſua & quorũ

dam inſulloꝝ iactatione hominē:ne in hoc pulcherrimum
certamen deſcēderet:potuit deterrere? Num ætas? At æqua-
les fere ſumus. Nū dignitas? At nunc ſex agunt anni: cū oībus
doctiſſimoꝝ iuuenum ſuffragiis:ego dignus:q artē oratoriā
in Academia hac Patauina ꝓfiterer:fui iudicatus. Iſte ut īep-
tus īſulſuſq; turpiſſime fuit reprobatus. Nū opa fortaſſe quæ
ſcripſit:ei tollūt aīos? At nihil unq̄ a ſe cōpoſitū prærer carmi
na q̄dam nullis muſis nulloq; Apolliē ſcripta emiſit. Nam q̄
ī Terētii heautōtimo rumenō:ſub iſtius noīe legunt expōnes:
eas Guerrino Veronenſi Oībonoq; Vincētino ꝓfitentibus a
diſcipulis collectas iſtū cōfudiſſe: ac ſibi īpudētiſſime Ven-
dicaſſe,ne dubitādum q̄dem ē:certiſſimūq; huius rei illud ē
argumētū:quod ex eo tēpore:quo ſibi eas arrogauit. Duode
cim autē & amplius anni agunt:nihil aliud unq̄ emiſit. Mea
uero extant cū alia q̄dam opuſcula:tum de eloquētiæ laudi-
bus:quo anno cœpi ꝓfiteri:habitus panægyricus. Nū orōnes
aut hic aut alibi habitæ iſtū tam ſupbū forſitā efficiunt? At
nemo eſt:q ipm unq̄ niſi blatterantē pindeue atq; tauꝝ mugi
entē audierit. Ego uero neq; Academiæ neq; amicis ut pro ſe
orōnem hrēm expoſcētibus defui nūq̄. Quid ergo tādē in cā
eſt qđ mecū ſuas pſertim īeptas expoſitiones īpugnāte in cō-
tētionē deſcēdere nō audet? Nēpe & linguæ & īgenii tarditas
cuius ita natura dānatus ē: ut aratoriæ artiq̄ oratoriæ aptior
eē doctiſſimi cuiuſq; ſnīa iudicet: Cū.n. eloquētia tribus cō
ſtet natura:arte exercitatiōe:q natura atq; īgenio uacant:ex Fa
bii Quintiliani cōſilio rus ſūt mittēdi. Huc accedit iudicii ī
firmitas:quo niſi acri fuerint p̄diti liberaliū artiū ꝓfeſſores
in mille turpiſſimos labant errores oportet. Iſtū uero Cal-
furniū & īgenio carere & corruptiſſimo eē iudicio cū ex aliis
q̄ plurimis:tū ex eaꝝ cōcluſionū enarratione:q̄s in nō nullos
erroꝝ ipſius potiſſimū curaui publicādas:aptiſſime unicuiq;
liquere pōt. Quam ob rem quo melius faciliuſq; an muneri
ꝓfitendæ in tanta Academia rhetorices aptus ſit deiudicare
poſſitis:dum primam cōcluſiōem grāmaticam expono. quæ
ſo attēte audiatis, Tametſi aūt iſte oratoꝝ princeps ſuæ facū
diæ ſuauitate nos oēs īdignos putat:mihi tamen cum ipſo ſer

monem eſſe uobis perſuadeatis uelim.

Polydamanta pro Nerone & Troiadas pro Romanis ïepte nimium acceperunt: qui ſic illud Perſii expoſuerunt Ne mihi Pulydamas & Troiades Labeonem Prætulerit. Siqd a uulgo pædagogoꝝ differes uaniſſime Calfueni: nūq̄ tam ïeptas expoſitiones tantoſq; errores in enodandis Perſii ſatyris diſſeminaſſes: qn potius aliquam clariſſimæ oīum Academiæ rōnem habuiſſes: in quā aliqd uulgare abſurdū ē: nedum maxima flagitia inuehere turpiſſimū eſt. Nunc uero ita ïepte. ita inſulſe legis: ita temere: ita incōſiderate oīa exponis: ut ſi ruſticoꝝ pueroꝝ magiſter eſſes. Quid.n. Polydamas cū Nerone tātum habet ſimilitudinis: ut ꝑ eo ab elegātiſſimo poeta poni debeat? Polydamas nāq; uir fuit fortiſſimus: patriæ amātiſſimus: oī uirtute ornatiſſimus. Nero cōtra molliſſimus: effœminatiſſimus: patriæ ꝑniciosſimus: oībus deniq; uitiis inqnatiſſimus: Atqui dices: ut Polydamas multos domiut: unde & nomē accepit: ita Nero multos ïterfecit. Hec qdē uera ſūt ſed nihil ad ꝑpoſitum faciunt. Ille.n. hoſtes ut acerrimus patriæ ꝑpugnator. Nero ciues Romanos ut crudeliſſimus tyrānus ïteremit: Quare iſtius modi ïeptiæ ab elegātia Perſii acumineq; maxime ſūt alienæ. Sed qd Troiadas ꝑ Romanis hoc loco accipiēdas ſentis: cum ſatyrus nūdum qcq̄ in Romanoꝝ ipſoꝝ molliciē laſciuiāq; dixerit? Neq;.n. ex artis oratoriæ ꝑ̄ceptis ex abrupto ad cōuicia ē deueniēdum: niſi forte de tuis moribus alienos iudicas: qui citra ullam cām & alios & me in primis ita cōtumeliis iniuriiſq; oneras: ut ueriſſime furere uideaaris. Cæteꝝ ſcito Perſiū ïter prudentiſſimos elegātiſſimoſq; poetas: cū ab aliis præſtantibus uiris: tum a Martiale in primis hoc diſticho numerari.

Sepius in libro memoratur Perſius uno:

Quā leuis ī tota Marſus Amazonide: Quid? Si Polydamas ponatur ꝑ Nerone: ſibi ipſi repugnare uidet Perſius. Cur.n. de Imperatoris opiniōe nihil ſe curare dicat: q paulo ante ne unum qdem ſua ſcripta lectuꝝ eſſe manifeſte contēderit? Neq;.n. Satyræ ꝓbis ïperatoribus: nedū Neroni oīum ſceleſtiſſimo: gratæ ſolent eſſe. Quin potius fere ïdignæ iudicant: quæ

a principibus legant̃. Quod ſi ſatis ſupq; oſtẽdi ineptiſſimũ iſulſiſſimũq; fore ſenſum: ac pſus a Satyri elegãtia alienum: ſi Polydamas p Nerone & Troiades p Romanis accipiantur: nũc qd mihi placeat: aperiẽdum uidet̃: nõ ut tu diſcas oium igratiſſime: q plurimis a me affectus beneficiis: calũniis tamẽ cõuiciiſq; infeſtare nõ deſiſtis: quiq; adeo tardo es ingenio: ut nihil niſi uulgare pcipere poſſis: Sed quo ingenioſi adoleſcẽtes tuos dediſcant errores: ac uerum Satyri ſenſum pcipiant. Id uero quo fiat facilius totum illius Satyræ pricipium nihil abs te itellectum uidet̃ breuiter enarrandum. Inuehit̃ itaq; potiſſimum ea Satyra Perſius in uanã ſui tẽporis poetaꝝ ambitionem: q uulgi laudibus capti ita laſciuis carminibus ſcribendis inſudabãt: ut ad extremã uſq; maciem deducerent̃. Simul aũt & corruptũ uulgi iudicium & fœdas adulationes rephẽdit. Principium uero ẽ q̃ maxime ſatyræ cõueniẽs: cum & indignationis plenum ſit & admirationis. Videtur .n. Perſius diu ſecũ de rebus humanis cogitaſſe: & tãdem in hãc exclamationem erupiſſe. O curas hoium. o quãtum ẽ in rebus inane? Qua qdem exclamatione ſignificare uidet̃ uanas eſſe oium hoium curas: præterq̃ eoꝝ: qbus pp ſeipſam uirtus excolẽda cenſet̃. Fingit aũt Perſius ſibi amicũ adeſſe: q cum eam aſperam audiſſet exclamationẽ: Satyrum rogat: quis tam dura ſit lecturus: cum laſciua dũtaxat molliaq; carmina Romanis placeant. Amici igitur ea ẽ interrogatio: non poetæ ut tu inſulſe ſuperiore æſtate expoſuiſti. Quæ uero ſeqtur poetæ eſt non amici. Min tu iſtud ais? Nemo. Sic aũt ẽ diſtinguẽdum: alioq ſenſus confũdent̃: ac quæ amico uerba ſunt aſcribẽda: Satyro attribuẽtur: & contra quæ poetæ: aſſignabuntur amico. Rogat năq; amicum poeta cum quadam admiratione & emphaſi: ac ſi dicat. Mihine hoc dicis: qui nihil de uulgi opinione curo: ac de ſola pẽdeo rõe? Deinde rñſum ifert: ac neminẽ eẽ lectuꝝ affirmat. Id uero ſic cõprobat amicus. Herculæ nemo uel duo uel. Hæc năq; amici uerba ſũt Satyri primũ approbãtis rñſum: deinde paululum ab eo diſſentire ac duos uel tres ſolum lecturos inferre uolentis: niſi poeta ſermonem excipiens cum quadam idignatione eum iterpellaſſet: neminẽq;

prorſus lectoꝶ aſſeueraſſet. Eſt.n.illud ultimũ nemo: cum
quadã aſſeueratione & amici rephenſione legẽdum. Quare
amicus infert Turpe eſſe & miſerabile;ſi nemo Satyri ſcripta
lecturus ſit. Eo autem dicto cõmotus poeta cum quadam ad
miratione rogat amicum:cur ſit turpe & miſerabile. Si nemo
ſuoꝶ carminum futurus ẽ lector;cum ipẽ uulgi de ſe opinio
nẽ nihili faciat. Hoc.n:ſubiicit. Ne mihi Pulydamas & Tro/
iades labeonẽ Prætulerint? Nugæ. Tãdem ad id in quo ut in
pleriſq; aliis abs te diſſentio Calfurni oĩum Vaniſſime peruẽ
tum ẽ. Quod quidem ut ſuperiora nihil percipiens oĩa cõfu
diſti;nihil oĩno recte expoſuiſti:dum alioꝶ ueſtigiis iſiſtere
ingenii tarditate cogeris ac nihil ipſe boni excogitare uales.
Hinc factum ẽ: Vt cũ ſatyrã hãc q̃ difficillimã cognituq; di/
gniſſimã una hora unaq; plectione pcurriſſes: miſerãdiq; au/
dititores tui ne unum qdem ſenſum perciperent;teq; ut me/
lius & accuratiuus exponeres rogarẽt:eos ad cõmẽtaria remit
teres. Ipſi uero te uaniſſimum eẽ nebulonem demum cogno/
ſcentes a me petierunt:ut ſibi obſcuriora elegãtiſſimi acutiſ/
ſimiq; poetæ ſenſa honeſta mercede accepta enarrarem.
Quibus ego non ſolum morem geſſi; ſed enarrationes quo
q; meas in cemmẽtariolum unde hæc ſere ſunt deſcripta re/
degi; Cum nullum ſatyri illius obſcuriorem locum recte abſ
te:qui primum Italiæ lumen dici affectas;expoſitum fuiſſe
uiderem:ut iam prima orbis terraꝶ caligo mihi eſſe uidea/
ris. Sed quis tandem uerus eſt illius carminis ſenſus? Hic nẽ/
pe;ut mihi quidem uidetur. An es ſollicitus inquit poeta: ne
Ilias actii Labeonis ineptiſſimi poetæ;in qua de Polydamã/
te & Troiadibus multa fit mentio:huic meo opuſculo a Ro/
manis præferatur? At ego populi Romani iudicium non plu
ris q̃ nugas facio. Cum interrogatione uero legendum eſt:ac
ne ꝓ ut nõ accipiẽdum:nõ ꝓ certe;ut putat Calfurnius maxi
ma litteraꝶ caligo. Extrinſecus aũt uereris aut times aut qd
tale ẽ ſubaudiendum. Cum.n.dixiſſet amicus Turpe & miſe
rabile;uidebatur de gloria poetæ admodum eſſe ſollicitus.
Eam ſollicitudinem deponendam eſſe poeta cenſet;cum po
puli Romani iudicium & corruptum ſit & peruerſum:

& perinde atq; nugæ nihili faciundum. Polydamanta uero pro Nerone accipere ac troiadas pro Romanis: non minus abſurdum eſt: q̃ ſiquis cum dicatur Aeneas & Dido Maronem Statio præponere: Aeneam ipſum pro Domitiano ac Didonē pro Iulia ſiue populo Romano accipiat. Polidamas enim ac Troiades ita Labeonem extollere dicuntur: Vt Aeneas Virgilium. Medea ouidium. Achilles Statium. Nam frequentiſſime ea: de quibus in aliquo opere tractatur: pro opere ipſo poni ſolent: Vt cū dicitur Virgilius in Aenea. Lucanus in Pharſalia. Martialis Epigrammaton. ii.

Stellæ delitiuum mei columba:
Verona licet audiente dicam:
Vicit maxime paſſerem Catulli.
Tanto Stella meus tuo Catullo.
Quanto paſſere maior eſt columba

Videſne tardiſſime Calfurnii: ut columba ac paſſer pro operibus: de columba ac paſſere compoſitis: elegantiſſime a Martiale ponuntur: ita Polydamanta & troiadas pro opere de Polydamante: & troiadibus compoſito hic accipi debere: Fuit enim Polydamas Vnus e principibus troianis: de cuius geſtis multa Homerus in Iliade refert: Quod opus Actius Labeo e Græco in latinum ineptiſſime transferens ita Polydamanta ſuſcepit laudandum: ut Virgilius Aeneam. De iſta Actii Iliade paulo poſt Satyrus ipſe meminit. Non eſt hic Ilias Actii Ebria Veratro: & item paulo poſt. Hoc ego opertum. Hoc ridere meum tam nil nulla tibi uendo Iliade. Eant nunc quidam indocti ac penitus iudicio carentes: iactent Calfurnium iſtum in exponendis ſaltem poetis multum ualere: quāuis natura ab arte dicēdi alienum eſſe concedant: cum ne unum quidem illius Satyre ſenſum recte expoſuerit: omniaq; ſic confuderit: ut in pleriſq; Perſius ſibiipſi contradicere uideatur. Id uero Vnicuiq; uel mediocriter docto ex ſecundæ concluſionis enarratione apertiſſime patebit.

Qui priſcis ſtudent poetis minime a Perſio illis uerſibus: Vt quidam putant repræhenduntur.

Eſt nunc Bryſæi quem uenoſus liber Actii.

Sunt quos Pacuuius & uerrucoſa moretur.
Antiopa ærumnis cor luctificabile fulcta?
Quantas huic loco offuderit tenebras iſtud primum Italiæ lumen: ex eo facillime apparet: quod rectum poetæ ſenſum in contrarium omnino peruertit. Eos enim a Satyro affirmauit repræhendi: qui ueterum poetarum ſint ſtudioſi. Quam ſane expoſitionem ſi admiſerimus: non hic ſolum ſed reliqui fere huius ſatyræ ſenſus peruertentur. Nā ubiq; eos taxat Satyrus: qui laſciua molliaq; carmina & ſcribūt & audiunt. Hoc uero ſic habere cum ex aliis multis: tum ex his Satyri uerſibus aperte colligi poteſt.
Hic neq; more probo uideas: nec uoce ſerena
Ingentes trepidare Titos: cum carmina lumbum
Intrant: & tremulo ſcalpuntur ut ītima uerſu:
Tun uetule auriculis alīenis colligis eſcas
Auriculis: quibus & dicas cute pditus ohe: & paulo poſt.
Hic aliqs cui circa humeros iacinthina læna eſt.
Phyllidas Hypſipylas Vatum & plorabile ſiqd
Eliquat: & tenero ſupplanat: uerba palato.
Aſſenſere uiri: & item paulo poſt.
Quis populi ſermo eſt? Quis. n? niſi carmina molli
Nunc demum numero fluere; ut per leue ſeueros
Effundit iunctura ungues? Scit tendere uerſum
Non ſecus ac ſi oculo rubricam dirigat uno. Quid? ea quæ ſequunt̄: nōne apertiſſime iſti repugnant expoſitioni?
Sed numerus decor eſt & iunctura addita crudis.
Claudere ſic dedicit uerſum. Berecynthius Atys;
Et qui ceruleum dirimebat Nerea delphin.
Sic coſtam bugo ſubduximus Apenino.
Arma uiꝝ. nonne hoc ſpumoſum & cortice pingui
Vt ramale uetus uegrandi ſubere coctum?
Quidnam igitur teneꝝ & laxa ceruice legendum eſt?
Torua mimalloneis īplerunt cornua bōbis: & quæ ſequutur.
Ex his liquido īgenioſſimo cuiq; patere arbitror iſtam expoſitionem tuam tardiſſime Calfurni non modo īſulſam eſſe. Verum prorſus ſatyri propoſito aduerſarii. Quid? niſi perin

de atq; ſtipes ac truncus cõmuni ſenſu penitus careres: nonne
ex primo ſtatim huius ſatyræ duriore uerſu potuiſti percipe
re: iſtam expoſitionem lõge a Satyri ſenſu eſſe alienam? Qua
enim fronte qui aſpera ſcribit: eos repræhendat: quos ſeueri-
ora priſcoꝝ opera delectent? Sed nullo thure litabis Hereat ĩ
ſtultis breuis ut ſemũcia recti. Indignat̃ Satyrus: ut tãdẽ ueꝝ
explicemus ſenſum: Veteres poetas: ut duros ac nimiũ aſpe-
ros ab oĩbus negligi: ac potius mollia & laſciua quorũdam re
centioꝝ carmina & legi & memoriæ cõmẽdari. Sẽtiſne iſtam
expoſitionẽ tuã oppoſitis frõtibus huic uerıſſimo poetæ ſen-
ſui repugnare? Meæ uero enarratiõi Fabius Quintilianus cũ
alibi: tũ in primo de Iſtitutiõe oratoria libro aſtipulat̃: dum
poetas ueteres q̃ nouos pueris potius eẽ ꝑlegendos affirmat.
Sanctitas certe inqt: & ut ſic dicam: uirilitas ab his petẽda: qñ
nos in oĩa deliciaꝝ uitia dicẽdi quoq; rõe defluximus. Idem
in. viii. Etſi neceſſe ſit: ueterẽ illum horrorẽ dicendi malim:
q̃ iſtã nouã licẽtiam. Quid? In eiuſdẽ operis decimo libro nõ
ne Pacuuium Actiũq; poetas q̃ maxime cõmẽdat? Tragædiæ
ſcriptores inqt Actius atq; Pacuuius clariſſimi grauitate ſnĩa
rum uerborũq; & auctoritate pſonaꝝ. Cæteꝝ nitor & ſũma
in excollẽdis operibus manus magis uideri poteſt tẽporibus
q̃ ipſis defuiſſe. Vtrum igitur hoꝝ auctoꝝ de ueteribus poe-
tis rectius ſenſiſſe dicẽdum eſt. Mihi qdem uterq; in eadem
ſnĩa eſſe uidetur: ſi uerſus ipſi cum ĩterrogatione ĩdignatio-
nis plena legantur. Eſt nũc Bryſæi quem Venoſus liber Actii?
& reliqua: Vt ĩtelligamus neminem eſſe q grauiore: uel Actii
uel Pacuuii lectiõe delectet̃. Veꝝ oẽs ad mollia recẽtum ſcri
ptoꝝ poemata ferri. Notum eſt. n. ĩterrogationes affirmati-
uas in negatiões eſſe reſoluẽdas. Atq; hũc qdem Satyri ſẽſum
uero ueriorẽ eſſe cõtenderim: quem ſi tu primus Vaniſſime
nebulo uidiſſes: nõ iam primum Italiæ lumẽ: ſed clariſſimũ
totius mũdi ſolẽ te eſſe ubiq; clamares. Cũ uero nihil quicq̃
pcipere ualeas: niſi ut ab aliis eſt expoſitum: inter triuiales ma
giſtros ac potius eos pædagogos: de qbus in primo Fabius me
minit: ne te pudeat numerari. De pædagogis inqt hoc ampli-
us: ut aut ſint eruditi planæ: quam primam eẽ curam uelim

aut ſe non eſſe eruditos ſciant. Nihil. n. peius eſt iis qui paulū aliqd ultra primas litteras progreſſi falſam ſibi ſcientie perſuaſionem īduerunt. Nam & cedere præciendi peritis īdignātur: & uelut iure quodam poteſtatis; quo fere hoc hominum genus ītumeſcit: imperioſi atq; īterim ſæuientes ſtulticiam ſuam perdocēt: Si Quintiliani tempore fuiſſes arrogantiſſime Calfurni: exiſtimarem eum in te potiſſimum ferri. Nam & falſam ſcientiæ perſuaſionem: cum nihil ſcias: īduiſti: & cedere præcipiendi peritis īdignaris: & imperioſe adeo tumideq; ſtulticiam tuam perdoces: ut cum īgenioſi adoleſcentes te erroris arguunt: ſtatim te ita ſentire clames: tuāq; opinionem ꝑ ratione habendam: ac te primum Italiæ eſſe lumen. Ac tua qdem arrogantia id efficis: ut omnes pueri: quos ſuſcipis erudiendos: non ſolum nihil ex te niſi īeptias diſcant: Sed ex īgenioſis quoq; tardiſſimi euadāt. Sed iam ad tertiæ cōcluſionis enarrationem deſcendamus.

Locus ille Perſii mendoſe a qbuſdam grāmaticis legitur malæq; exponitur. Audaci qcūq; afflate Cratino.
Iratum Eupolidem prægrādi cum ſene palles:
Aſpice & hæc ſi forte aliquid decoctius audis:
Inde uaporata lector mihi ferue aure. Hactenus te nobiliſſimi poetæ ſenſa non modo non percepiſſe: Verum ineptiſſime quoq; peruertiſſe luce clarius oſtendi. Nūc ſi te coarguero uerba ipſa poetæ deprauaſſe corrupteq; legiſſe: cognoſceſne te tādem Vaniſſimum eſſe nebulonem? At quonam pacto id flagitii fuit cōmiſſum? Diſce ſed ira cadat: naſo rugoſaq; ſanna: Dum ueteres auias tibi de pulmone reuello. Tu qdem Calfurni: qui primum Italie lumen haberi affectas: Vnde & legiſti & ita expoſuiſti: Vt ad illud decoctius referatur: cū niſi inde legatur: nullus niſi īeptus & īulſus ac prorſus a poetæ elegantia modeſtiaq; alienus & ſibi ipſe contrarius ſenſus ſit futurus. Cum. n. quales ſatirarū ſuarum lectores uelit eē deſcribat: ſumma utitur modeſtia: quæ in ſūmam conuertitur arrogātiam: ſi unde legatur: cum ad illud: quod de ſe ait Satyrus: manifeſte referatur: hoc eſt ad illud. Si forte aliquid decoctius audis: ut Exponatur. Vnde ex quo decoctioni Va-

porata lector mihi ferueat aure. Sꝫ aperte Perſius hoc pacto
tui ſimillimus uideret̃. Sua.n.ipſe & oſtentaret & laudaret.
Quod q̄dē ubiq; ac potiſſimū hoc loco uitat. Quod.n.inge-
nii ē: caſui attribuit: cum inq̄t: Si forte aliq̄d decoctius audis
Sic pauloante. Si forte q̄d aptius exit. Huiuſmodi p̄terea cō-
paratiua diminutōem q̄dam ſignificāt ac minus etiā q̄ poſiti
ua. Vt ītelligāus paulo aptius: paulo decoctius. Ad hæc: quo-
nā modo qſq̄ ferueat aure uaporata ex eo quod nondū legit?
Fieri certe nō pōt. Quare iam unicuiq; patere arbitror. Vnde
minime eſſe legēdū. Inde igit̃ legat̃: ut ad ueteris comœdiæ
auctores referatur: expōaturq;: ī de a quoꝵ auctoꝵ ueteris co
mœdiæ lectōe. Sitq; ſenſus. Veliꝫ meaꝵ ſatyraꝵ lectores ſint:
q frequēti ueteris comœdiæ lectiōe prius imbutas uaporataſ
q; aures habeant. Hoc ego modo cū in academia ꝓfitebar: ſo
lebā uera auctoꝵ ſenſa rimari: in primiſq; omni diligētia ui-
dere: neq̄d mēdæ aut deprauationis in iis: q̂ forent enarrāda
ineſſet. Ita q̄plurimæ tū Horatii tū Quintiliani opeꝵ depra
uatōes inter legendum mihi ſublatæ fuere: e quibus unā hoc
loco referre libet. Legebatur ab omnibus & doctis & indoctis
Horatii illud in primo carmīe. Hūc ſi nobilium turba q̄riti-
um. Ego cū uiderem nobiles & turbā paꝵ inter ſe conuenire:
minimeq; niſi inepte poſſe cōiungi: atq; ab Horatii cādore per
q̄ eſſe alienū: ut idē uerbum intra duos uerſus bis repeteret̃:
cœpi diligētius omnia ſcrutari: in primiſq; Porphyriōis enar
rōes: ex q̄bus clare cognoui neq̄q̄ nobiliū ſed mobiliū eē legē
dum. Ac meæ q̄dē correctioni docti oēs ſunt a ſtipulati. Tu āt
nō ſolū quæ librarioꝵ culpa ſunt deprauata: nō corrigis: ſed
ultro etiam multa corrūpis. Nup.n.cum Suetonii Tranq̄lli
cādidiſſimi hiſtorici lectione auditores: allicere ac reuocare
conareris: illa in Cæſarem dicta: ut de reliq̄s taceam: ſic de-
prauaſti: ut ſpōſam ꝓ ſpōda & legeris & expoſueris. Quod q
dem uel unum te penitus iudicio carere: maximo oībus argu
mento eſſe pōt. Sed quo melius intelligat̃: q̄ ſis aptus exponē-
dis auctoꝵ ſenſibus: uerba ipſa Tranq̄lli ſubiiciātur. Præte-
reo īquit actōes Dolobellæ & curionis patris: in q̄bus eū Dolo
bella pellicem reginæ: ſpondā interiorē regiæ lecticæ. At cu-

rio ſtabulum Nicomedis & bithynicum fornicem dicunt.
Quis hoc loco niſi ꝓrſus cōi uacās ſenſu non uideat ſpōſā: tā
etſi a librariis ita ſit in qbuſdam exēplaribus deprauatū nulli
præter q̄ inepto ſenſui cōuenire? Qua nāq; rōne Dolobella cæ
ſarem lecticæ regiæ ſpōſam interiorē appellaſſet: cum ſpon-
ſa ita ad ſpōſum referatur: ut filius ad patrē. Sponſam. n. An-
tonii: ſpōſam Catonis recte dicimus. Spōſam lecticæ recte di
ci qs unq̄ niſi ſtolidus putauit? Adde qđ cōparatiuum illud:
interiorē facile unūquēq; uel mediocri ingenio præditū ad-
monet: nullo pacto ſpōſā legēdū eē. Nā ſi ē īterior ſpōſa, exte
rior quoq; eē dicet: quo nihil ſtultius excogitari pōt. Duas ue
ro eē lecticæ ſpōdas notius ē q̄ ut ſit īdicādū. Acute āt ſimul
& ſalſe Dolobella Cæſarē lecticæ regiæ ſpōdam interiorem
uocat: ut hac metaphora ſignificet eum perinde atq; ſpōdam
nūq̄ a lectica regia diſcedere cōſueſſe. Sugillare nunc atq; con
tēnere præ te doctos oīs ne deſiſtas maledice Calfurni: qn̄ tā
turpiſſimis flagitiis & nobiliſſimos latinæ linguæ auctores in
qnaſti: & miſerandos pueros imbuiſti. Adoleſcētes nāq; pau-
lo eruditiores te ab arte oratoria penitus ab horrētē eſſe cla-
riſſimorūq; auctorū ſenſa manifeſte peruertere: uidētes parti
ſe ad alia ſtudia: partim Ferrariā Bononiāq;. Vt uiros īgenio
facūdiaq; præſtātes ac recte pulcherrima quæq; linguæ latīæ
opa ex ponētes audiant: ſunt ꝑfecti. Quod. n. ingenui iuue-
nes ſcholaſtici Germani & Vngari ac oēs fere trāſalpini: q ma
xime ꝑſtātum linguæ latinæ auctorū cognitōe delectanē: hāc
clariſſimam oīum academiam reliquerūt: tuis ineptiis tuiſq;
inſulſis lectiōibus acceptū eſt referēdum. Nam ut de aliis ta-
ceā: cum nuꝑ oēs clamarent: tris abſte una hora cum maximo
& academie dedecore & ſtudioſorū iuuenū detrimēto impli-
cari lectiōes: q̄ libētiſſime luculētiſſimā artificioſiſſimāq; Ci
ceronis oratōem: in q̄ explicāda inſulſiſſimus uidebaris: īcho
atam reliqſti eiq; Statii Papinii ſyluas a Domitio Calderino
diligētiſſime enarratas antepoſuiſti. Quo ſane quid magis ab
eo: cui rhetorica profitēda uſurpat: aliēnū eſt iudicādū? Ego
quidem nūq̄ potui adduci: ut niſi feſtis ac feriatis diebus poe
tam aliquē: quod grāmatici eſt proprium enarrarem: cum ꝑ

ſitendæ artis oratoriæ munus:mihi demandatum eſſe uide/ rem:ſed iam quartæ concluſionis noſtræ rationem aſſigne/ mus.

Aceruus Chryſippi idocte nimium ad librorum ipſius Chry ſippi multitudinẽ ab iis refertur:qui ſic ultimum Perſii car/ men expoſuerunt. Inuentus Chryſippe tui finitor acerui. Tu quidem inſulſiſſime Calfurnii in hoc quoq; exponendo uer ſu ab errore diſcedere neſciuiſti. Quid.n.facias:cum per in/ genii tarditatem nihil ipſe noui excogitare ualeas:& alienis ue ſtigiis tibi ſit inſiſtendũ? Ego uero nũq̃ adduci potui:ut acer uũ Chryſippi ad librorum Chryſippi ipſius multitudinẽ refe/ rẽdũ putarẽ. Nihil.n.ſic aut ſalis aut acuminis hẽret hoc di/ ctũ:ſed ĩeptũ prſus eẽt ab elegãtiaq; ſatyri alienũ. Cumulus nãq; librorum Chryſippi:q ad ſeptĩgẽta & amplius uolumina a Diogene Laertio ſcripſiſſe tradit:inepte aceruus Chryſippi diceret:cũ librorum ipſorum cõgerie dũtaxat nõ a Chriſippo ui/ deat cõfectus. Quare uel pignore depoſito cõtenderim aliũ eẽ Chryſippi aceruũ. Ac ſi Chryſippi qdẽ ipſius opera extã/ rent:facile qſnam ſit huiuſmodi aceruus colligeret. Cũ ue/ ro nulla repiant:hoc argumẽto nitor:ut aceruũ Chryſippi eſ ſe exiſtimẽ numeri denarii decies multiplicati:hoc eſt cente narii ſummam:quod Perſius ipſe hanc ſummam deſignare uidetur. Auarũ.n.inducit phõ ad parandas diuitias Ironicos hortãti rñdẽtẽ ſe triplicaſſe:q̃druplicaſſe:decuplicaſſe rogã tẽq; Chryſippũ ubi ſiſtere ac quieſcere debeat:cũ ipſius acer ui finitor inuentus:cupiditati modũ imponere neſciat. Siqui dem cum dicat iam decies redit ĩ rugas:neq; ulterioris nume/ ri faciat mentionem:aperte mihi ſignificare uidetur dena/ rii numeri decies iterati ſummam:Chryſippi aceruum eſſe. Chryſippus nanq; centum talentorum ſummam:diuitiarum parandarum cumulum conſtituiſſe uidetur: quam ſiquis adeptus cupiditati modum non impoſuiſſet:inſatiabilis fo/ ret iudicandus. Hunc ego eſſe Chryſippi aceruum tantiſper exiſtimabo:dum aut ipſe aut quis alius hac meliorem affe/ rat expoſitionem. Quod enim quidam putant ad Soriten argumentationem referendum mihi eatenus probatur:ſi

intelligunt chryſippum ſorite ꝑ additionem fuiſſe uſum ĩ ea
cõſtituẽda diuitiaꝝ ſũma:q̃ unuſqſq; deberet eẽ cõtẽtus. Sed
de argumẽtatione auarus minime ſentire uidetur. putabã ue-
ro te arrogãtiſſime Calfurni:q doctoꝝ principatum affectas
aliquid pulchri ſenſus nouæq; expoſitõis ſup hoc in diſputa-
tõem allatuꝝ. Sed cũ in tã honeſtiſſimũ certamẽ deſcendere
auſus non fueris: docti iam oẽs te uaniſſimũ eſſe nebulonem
eaq; ꝓfiteri: quæ non aliis modo exponere neſcias: ueꝝ ne ipſe
qdem intelligas: aperte cognoſcũt. Argumẽto ſunt Perſii ſaty
ræ: quaꝝ ne unum qdem obſcuriorẽ ſenſum recte expoſuiſti
Veꝝ tuis ineptiis ita omnia confudiſti: ut auditoꝝ nemo ꝓr-
ſus quæ diceres, percipere poſſet. Quare deſinãt maligni qui
dam: ne aut ipſi ſoli imperiti uideant: aut quo tecum collati:
elegantes habeant: tantopere tibi fauere: teq; exponẽdis poe-
tis maxime apptum eẽ: iactare: cũ ne poeticoꝝ quidem opeꝝ
ullam niſi uulgarẽ teneas cognitionẽ. Quod ſi ſatis ſupq; oſtẽ
dimus in quales quantoſq; errores inter ꝓfitẽdũ labaris: nũc
unum ſaltem de q̃plurimis eoꝝ: quos priuatim miſerandos
pueros doces: aperiamus: ut hinc omnes intelligant te nõ mi-
nus ſolutæ orationi q̃ carminibus exponẽdis ineptum eſſe. Id
uero ex quintæ concluſionis noſtræ ediſſertatione facile perci
pietur.

Illud Valerii maximi caput peruerſe & legi & expõi a grã-
maticis qbuſdã aſſerrimus. Maiores ſtatas ſolẽneſq; cerimoni
as põtificum ſentẽtia. bñ gerendaꝝ reꝝ auctoritate. Auguꝝ
obſeruatõe Apollinis prædicatõe. Vatum libris: portẽtoꝝ de
pulſis: hetruſca diſciplina explicari uoluerũt. Hunc quoq; lo
cũ ut de aliis taceã: q plures ſunt q̃ ut breuiter poſſint nume-
rari: tua ĩgenii tarditate ita cõfudiſti: ut ueꝝ ſenſum miſeran
di pueri: quos fruſtra erudiẽdos corrogaſti: cũ nihil ꝓficiant
nõdũ ꝑcipe potuerit. Tã ĩpite. n. diſtixiſti ut quæ apte ſeparã
da ſunt: cõiũxeris: & cõtra q copulãda ſeparaxis. Primũ nãq;
hæc tria inſulſe nimiũ copulaſti. Apollinis prædicatiõe ua-
tũ. Hoc eſt: ſibyllaꝝ appollinis. Deinde tria q ſequũtur: non
mĩus ĩdocte cõiũcta fuere. Libris portẽtoꝝ depulſis: ut libri
portẽtoꝝ hoc ẽ magicæ artis: ut tu expoſuiſti, a romanis de-

pulſi intelligãtur. Sic autem tria incifa ſenſu ipſo diuerſa: ĩ
duo flagitioſe admodũ redegiſti: quoꝝ primum ẽ. Apolli-
nis prædicatõe. alteꝝ. uatũ libris. tertium portẽtoꝝ dpulſis.
Nam romanoꝝ cerimoniæ tum aliis: q̃ enumerat Valerius ex
plicabant: tum apollinis prædicatõe: hoc ẽ oraculis reſpõſiſ-
q; apollinis: tũ uatũ libris hoc ẽ ſibyllinis: quoꝝ curã qndecī
uiri gerebant: tũ portentoꝝ depulſis: hoc eſt eoꝝ quæ proten
derent: depulſionibus. Siquãdo. n. aut peſtis aut bellũ aut fa-
mes portẽdebatur futura: qbuſdã cerimoniis ac ſacrificiis ro
mani ea auertere depellereq; ſtudebant. Ac clamabis illud
depulſus participiũ eſſe neceſſarioq; cum libris copulari. Sic
quidem tibi ita uidetur: qui & hebetiſſimo es ingenio & pe-
nitus iudicio cares. Sed ego uel grandi pignore depoſito con-
tenderim depulſis eo in loco nõ eſſe participium: ſed nomẽ &
quidem ſubſtantiuũ. Sic. n. depulſa declinatur ut repulſa: ut
cum dicitur. Ille in cõſulatus petitõe tulit repulſam. At dices
mei pceptores ita ſemp expoſuerunt. Quaſi uero deceat eũ q
ſe mundi primum hoiem eſſe iactet: alienas expoſitões ſeq fa
tuas præſertim: ac non mõ ſenſa: ſed ipſum quoq; uerboꝝ cõ
texum puertentes. Cum igitur in iis tam pueriliter turpiterq;
labaris: quæ ad grãmaticam ſpectãt: in quibuſq; fruſtra ætatẽ
cõtriuiſti: quid in iis q̃ ad rhetoricam pertinẽt: facere es iudi-
candus? Profecto nihil te eſſe ineptius pfitẽdæ rhetoricæ &
tu ipſi fautores prædicant. & nos cum ex multis aliis tũ ex eo
manifeſte colligimus: quod ne tria qudẽ uerba cõtinuare po-
tes: quin fœdiſſimos in barbariſmos ſolœciſmoſq; incurras.
Quid igitur quiſq̃ miretur: ſi nullis prouocationibus potui-
ſti impelli: ut in media Academia de rhetoricis ſaltem quæ-
ſtionibus diſputares: cũ & oĩum ſis ĩfantiſſimus & differendi
rõnem penitus ignores? Quo nãq; pacto huius priæ q̃ſtionis.
Vtꝝ bene dicere an pſuadere ſit rhetorices finis: alterã partẽ
defendere potuiſſes: cũ neq; argumẽtãdi neq; obiectis rñdẽdi
tibi facultas adſit? Quãq̃. n. cũ Quintiliano ſentio: bñ dicere
finẽ eẽ rhetorices: iiſq; oĩbus q̃ a qbuſdã cõtradicũtur: ĩ iis an
notatõibus rñdi: q̃s ĩ deprauatões illius opis ſcripſi: tñ pſuade
re quoq; finẽ eẽ facile tibi ui argumẽtoꝝ extorſiſſẽ; ſæpiuſq;

tibi ipſi repugnare coegiſem. Ve℞ fuga tibipulcherrime cõ/
ſuluiſti. Noluiſti. n. cõmittere: ut qcqd opinionis ac famæ ti/
bi falſo Calfurnii dũtaxat nomine cõparaſti: id unica de litte
ris diſputatione amitteres. Quid. n. feciſſes: cum ad ſcđam ꝗ
uentũ fuiſſet quæſtionẽ? Vtrũ eadem quæſtio prima ſemp ex
utraq; parte tractanda ſit: cum neq; ipſam intelligas quæſtio/
nem: & ubi tractetur ignores? Tãetſi aũt certum eſt eandem q̄
ſtionem nõ ſemp ab actore & reo primã eſſe tractãdam: te ta/
men ita uerſaſſem: ut ſæpius a teipſo fueris diſſẽſurus. Fabiũ
nãq; i. vii. de iſtitutiõe oratoria libro: qſtionẽ hãc ſcite decidẽ
tẽ adduxiſſẽ: eiuſq; dcã abſte nõ pcipi facile declaraſſẽ. Fabi/
us. n. eandem quæſtionem nõ ſemper primam ex utraq; parte
eſſe tractandam: ea quoq; rõne: quam his explicat uerbis: ni/
titur pbare. Deniq; in accuſatõe inquit: ut uacuũq; ſe uterq; de
fendat: priuſq̃ aduerſarium arguat: oium re℞ neceſſe eſt or/
dinẽ eſſe diuerſum: Ego uero cõtẽderim hac Fabii ratione: ni
ſi corrigatur: minime id quod ppoſitũ ẽ comprobari. Nam
nihil impedit quo minus in cauſis ueneficii: cædis: repetũda
rum: ambitus ſimiliũq; eadẽ quæſtio ab actorẽ prima reoq; ſẽ
p tractetur: minimeq; neceſſe eſt: omnium re℞ ordinem eẽ di
uerſum. Quod ſi clamaſſes Fabii auctoritati credendum eẽ
tecum exemplis & Ciceronis & Fabii ipſius egiſſem: qbus lu/
ce clarius oſtẽdiſſem eandem quæſtionem ab utraq; parte: ſæ
penumero primã fuiſſe tractatam. Quid tũ blateraſſes: Ad
cõuicia credo: quo℞ tibi maxima eſt copia: cõfugiſſes: Verũ
ab ingenioſis doctiſq; iuuenibus exibilatus exploſuſq; merito
fuiſſes. Ego uero ipſos aptiſſime docuiſſem ueriſſimam qdẽ
a Fabio adduci rõnem: ſed uitio tui ſimilium deprauatã: mi/
hiq; primũ: dũ illud diuinum opus enarrarem: fuiſſe corre/
ctam. Eo℞. n. qui antea illud opus expoſuerunt emendareue
conati ſunt: ibi flagitiũ eẽ: cũ maximum inſit: nemo animad/
uertit. Ineſſe aũt mendam in Fabii contextu: ſatis ex iis q̂ pau
loante diximus: apparet. Copioſius uero id oſtẽdimus in his
annotatõibus: quas in deprauatões illius operis breui emitte/
mus. Sed quonã mõ emẽdari debet? Nẽpe mutua ablatiuus:
q̃q̃ exẽplaria oĩa: q̂ qdẽ ego uiderim: refragẽtur: ẽ aſcriben/
dus: ut in mutua accuſatõe legatur. Nam in mutua accuſatõe

quæ ἀντικατηγορια græcē dr̄:necesse ē rez oīuz ordinē:eē
diuersum:cū utrūq; eoꝝ:qui se iuicē eodē crimine accuſant:
oporteat prius ſe purgare innocētēq; oñdere:q̄ aduerſarium
criminetur. Sic igitur ē legendū:ut ego correxi:ne ꝑ ſtantiſſi
mus rhetor paꝝ ſibi cōſtitiſſe uideat̄. Quod ſi tu uel hūc ſo
lū Quintiliani locū emēdaſſes:tecū & natā & occaſurā eloqn
tiā ubiq; iactares. ego q ōctingētas & amplius ī Quintiliani ip
ſius oratoriis inſtitutōibus dep̄hendi corruptiōes ac plæraſq;
correxi:nihil iſtaꝝ tragœdiaꝝ moueo:minimeq; cū quo piā
de iis q̄ aſſero:in diſputatōem deſcēdere uereor. Sed tu meli-
us:qui p ingenii tarditatē nihil iā aut diſputādo aut audiēdo
percipere uales. Quid enim is a quoquam diſcat:qui ea quæ
ex arte rectiſſimeq; dicta ſunt:rephēdat ac damnet. Tu nāq;
cū in orōne:quā de Academie rectoris laudibus Kalēdis ma-
iis:te q nunc artē oratoriam ꝓfiteris:cū ſummo tuo dedeco-
re tacēte:habui:dignitatem quoq; corporis ipſius cōmēdaſſē
dixiſſemq; flauā Cæſariē maximam præſe ferre animi lenita
tē:nūq̄ deſtitiſti blatterare:me potius rectorē ut mollē uitu-
peraſſe q̄ ut dignitate corporis præſtātē laudaſſe: cum apud
græcos olim dictū illud uulgo fuerit iactatum. Nullus coma
tus ē qui non. Quaſi uero & tūc:cum illud fuit in uſu adagiū
pauci admodum ex græcis non fuerint comati:& nūc fere om
nes nō ſolum iuuenes:ſed et ſenes:comati nō ꝓdeant:aut qſq̄
præter te:qui ſiqd unq̄ cogitas:turpia ſemp cogitas: ex uerƀ
meis flagitii quicq̄ potuerit ſuſpicari. Cæterū ut melius hoc
rectiuſq; ab iis:q puerſo non ſunt iudicio intelligat̄: totus il-
le locus de mea orōne hic deſcribatur. Cōplura inq̄ alia quæ
de rectoris nr̄i generoſitate dici poſſēt:nō ſolū mihi uideo ꝑ
termittēda:ſed excellētē quoq; ipſius corporis dignitatē:qua
maxime & principes & magiſtratus cōmēdāt̄:ne uos longiore
detineā orōne:cogor p̄terire. Quod q dē mihi eo minus mole-
ſtū ē:qđ p uoſmetipſi os illđ cōtēplari poteſtis:q̄ pbū:q̄ gra-
ue:q̄ modeſtū:q̄ ſit gratioſū. Quātā flaua illa Cæſaries præ
ſe ferat animi lenitatē:manſuetudinem:trāquillitatē:q̄q; to-
tius corporis ſpecies ac forma tam eleganter compacta impe-
rio digna eſſe uideatur Hæc autem eo libētius prætermitto:

quod prudentiſſimus rector talia & fortunæ & corporis bona ſemp: ut caduca atq; fragilia: prauifecit ac fere cōtempſit. Vnicūq; animū disciplinis ac omni uirtutū gn̄e in primis cēſuit excolēdū: & quæ ſequunt. Poteſtne qs probus rectoq; iudicio p̄ditus aliud q̄ caſtū ac pudicū oioq; honeſtum ex hac laudatōis meæ particula ſuſpicari? Profecto nemo niſi turpiſſimus ac flagitioſiſſimus aliter atq; in bonā partē: quæ mihi dicta ſunt: accipiet: cū præſertim lenitatem animi ac manſuetudinem flauis capillis ſignificari auctor ſit Galenus medicorꝝ facundiſſimus. Quid? quod non tā flauam Cæſariem laudo q̄ eā animi tranqllitatis eē indicium affirmo? Ac ſi laudaſſem quidem: id me recte feciſſe cum aliorꝝ compluriū: tū Lycurgi ſeueriſſimi lacedæmoniorꝝ legum cōditoris auctoritate facile docerē. ſic.n.ut ī ipſius uita refert Plutarchus: dicere ſolitus erat. Coma pulchros: uenuſtiores. Deformes aūt fortiotiores fieri adoleſcētes. Demq; ſi tātū ineſt peccati ī hac laudatōe: cur tūc in diſputatōem nō deſcēdiſti: cū aduerſus ineptiſſimas tres calūnias tuas: tres itidē publicaui concluſiones? Earꝝ.n. p̄ria hæc erat. Ex artis oratoriæ p̄ceptis Academiæ Rectora flaua Cæſarie fuit laudatus. Sed tūc urbis prætoribus te hoc prætextu excuſaueris: quod cōtra meas cōcluſiones argumētari non poſſes: qn cōtra Academiæ quoq; rectorē diceres. Nunc ſup iis in qbus nullū ieſt nomen rectoris: cur mecū diſceptare detrectas? Nimirꝝ quia uaniſſimus omniū impudētiſſimuſq; nebulo exiſtis: ſolūq; pueros ſtulticias tuas p̄docere pulchꝝ putas. Cū uiris aūt doctiſsnisi forte coūictis: cōgredi auſus es nūq̄. Quod ſi in certamen deſcēdiſſes te ui rōnum coegiſſem: aut Vergiliū ereoris dānare: aut q̄ ego de flaua rectoris nr̄i Cæſarie dixiſſem: approbare. Id.n. tertia quæſtio noſtra petebat.

Vtrꝝ ex artis oratoriæ præceptis ac Heroici carminis dignitate Aeneā quadraginta & amplius annos natum a decora Cæſarie poeta illis uerſibus laudarit:

Reſtitit Aeneas claraq; in luce refulſit
Os humeroſq; deo ſimilis: nanq; ipſa decoram
Cæſariem nato genitrix lumēq; iuuentæ

Purpureum:& letos oculis afflarat honores:Quid nunc blat
terabis hebetiſſime Calfurni? Videſne æneam a ſapientiſſi-
mo ſimul & eloquentiſſimo poeta nulla re alia magis q̃ deco
ra Cæſarie apollini ſimilem deſignari? Videſne te ut bubonē
undiq; liqueis irretitum? Si enim affirmaris æneam iam qua-
dragenarium ex arte a decora Cæſarie fuiſſe laudatum: aper
te profiteris rectorem quoq; nondum quinq; & uiginti annos
natum a flaua coma recte meritoq; fuiſſe cōmendatum. Sin
artem oratoriam principi poetarum uergilio putaris auferen
dam:facies tu q̄dem ex ſtulta opinione tua. Sed docti omnes
in te lapides coniiciendos cenſebūt. At clamabis ut quoſdam
tui ſimiles:q̄bus nulla alia re magis places:q̃ quod & ineptus
es & ſtolidus:dicere audio:Vergilio poetæ licuiſſe æneam a
decora cæſarie laudare:quo magis Didoni placeret. Me uero
in cætu præſertim philoſophoꝝ & grauiſſimorum uiuorum
non decuiſſe flauam Cæſariem noīare. Quaſi uero aut æne-
am Didoni aliter cōmendare nō potuerit poeta: aut ego in cō
uentu Stoicoꝝ cynicorumue phōrum oŕonem habuerim:ac
nō potius in cætu peripateticorum eorūq; uirorū: q̄ una cum
animi dotibus bona quoq; corporis ac fortunæ ad bene beate-
q; uiuēdum neceſſaria ſemper exiſtimarūt? Quare ex peripa
teticorum ſnīa ab illis tribus dūtaxat & laudari & uituperari
unuſquiſq; poteſt. Contrariorum.n.eādem eſſe diſciplinam
nemo eſt in Academia præter te:qui ignoret. Quero igiť abſ
te an ab omnium corporis partium deformitate quiſq̃ uitupe
rari poſſit? Si concedis:ſtatim infero. Cur non & a pulchritu
dine laudari? Si inficiaris:iterum abs te quero:an recte. L. Pi-
ſonem eloquētiæ parens a ſeruili colore.a pilosis genis:a putī
dis dentibus:ab oculorum deniq; ac ſupercilioꝝ totiuſq; fron
tis & uultus turpitudine uituperarit? Si fateris:iterum quero
an fuerit comam prætermiſſurus:qui ſuperciliorum memi-
nerit:ſi quidem Piſo fuiſſet comatus? Hoc tibi non uideri:ut
comam fuerit prætermiſſurus:opinor uel inuitus reſponde-
bis. Ac ne tibi pſuadeas me hæc finxiſſe:audi locum ex oŕone
in Piſonem ſumptum. Iamne ſentis bellua:iamne ſentis quæ
ſit hominum querela frontis tuæ? Nemo queritur Syrum ne-

ſcio quem de grege nouiciorum factum eſſe conſulem. Non
n. nos color iſte ſeruilis: nō piloſæ genæ: non dētes putidi de-
ceperunt: oculi ſupercilia: frons. Vultus deniq; totus: qui ſer
mo quidam tacitus mentis eſt hic in fraudem homines impu
lit: hic eos quibus erat ignotus decepit. fefellit: īduxit: & quæ
ſequuntur. Quid? nonne & priſcis & noſtris temporibus & a
pulchritudine & a deformitate quibuſdam non hominibus
modo: Verum familiis quoq; cognomina indita fuerunt? Ac
ut de aliis taceam: Calfurnius ille qui primus Beſtia fuit ap-
pellatus: illo certe cognomine dignatus eſt: quod ut tu: beſtiæ
p q̄ ſimilis uidebatur. Cuius quidem nomen cum tibi impu-
dentiſſime arrogaris: cognomine quoq; tuis ferinis moribus
ab omniq; ciuilitate alienis ac truciſſimo ori tuo maxime cō-
uenienti: digniſſimus es iudicandus. Cum. n. ut īmanis bellua
in omnes feraris: ne te pudeat poſthac ab omnibus Calfurniū
bæſtiam nominari. Cum. n. omni gratia careas: nomen illud
ioānes: quo gratia dei apud nos ſignificatur: tibi a parentibus
inditum: minime tuis moribus cōueniebat. Calfurnius uero
cum calefaciendis furnis: q̄ erudiendis pueris multo ſis apti-
or: diuina quadam prouidentia appellari maluiſti. Quāq̄. n.
Plutarchus in uita Numæ Pompilii refert ex quorūdam opi
nione: quam certe non probat: Gentem Calfurniam a quodā
Calpo Numæ ipſius filio fuiſſe deductam: ego tamen contē
derim Calfurnios ita a calefaciendis furnis fuiſſe nominatos
Vt Fabii a fabis. Cicerones a Cicere. Lentuli alēte legumini-
bus optime colēdis fuere cognominati. Neq;. n. eſt nomē græ
cum truculente beſtia: qui me nuper in barbariſmum īcidiſ-
ſe tuis miſerandis pueris perſuaſiſti: quod Calfurnium p. F:
litteram latinam citra oēm aſpiratiōem ſcripſiſſem. Siue. n.
a calefaciēdis furnis: ut ego ſētio: ſiue a Calpo: ut quidam pu
tant: Calfurnius deducatur oino p. f. litterram latinam: non
per ph. aſpiratum: cum ſit dictio latina ſcribi debet. At cla-
mabis Græci p. φ. Litteram aſpiratam ſcribunt. Id q dem ne
mo negat. Sed in ſcribēdis nominibus noſtris Græci nihil lit
terarum a nobis mutuātur: ſuiſq; dūtaxat ſemp utuntur. Suf
fla nunc Calfurni beſtia: puerisq; ac omnibus imperitis pſua-

dere cura: te primum eſſe mundi hominem: quando ne in eo
q̄dem nomine ſcribendo proferēdoue: quo ſolo niteris: quo-
q; tantopere gloriaris: barbariſmi fœditatem uitare potueris
unq̄. Ego quidem cum primum te accepi ſpreto uero nomi-
ne Calfurnium malle nominari: putaui te aliquam paterni
artificii rationem habuiſſe. Cum enim pater tuus & Carbo-
nariam fecerit & furnorum ferri fundendi calefaciendorum
curam ſemper habuerit: credebam te ei: qui te genuit: aluit:
educauit: ac ut bonis artibus īſtitueteris nullis parcens impen-
ſis: ſuumq; ſæpenumero uel neceſſariis defraudans genium:
omni diligentia curauit: aliquid gratiæ referre: memoriam-
q; ipſius artificii iſta nominis a calefaciundis furnis declinati
arrogatione æternitati comendare uoluiſſe. Sed cum Calfur-
nium per ph. aſpiratum: ut Græcum nomen ſcribendum aſ-
ſeras: uideo te ut in reliquis. Sic in hoc quoq; in patrem maxi-
me impium ſemper fuiſſe. Is enim cum ardore tui uidendi:
quem ſenectuti baculum columenq; ſibi præparatum eſſe pu-
tabat: Bononiam uſq; ubi tunc quoq; degebas pædagogus: ex
alpibus Bergomatum pedes iuiſſet: ac q ſibi magiſtrum Za-
ninum. Sic enim antea in patria uocabaris: indicaret: inuenire
neminem poſſet: tandem caſu tibi obuiauit: ac cum dextram
iungeræ dextræ: teq; & amplexari & oſculari paterna cuperet
caritate: tanta impietate abſte fuit repulſus: ut eum nolueris
agnoſcere parētem: neq; ullis blandiciis ulliſue precibus: aut
cuiuſq̄ ſacerdotis exhortationibus adduci potueris: ut in oc-
culto ſaltem cum ipſo colloquereris. Omnē igitur ſpē: quā
in te infelix: pater collocarat abiiciens: domum triſtis admo-
dum rediit. Vbi cum a Vicinia tota: quidnam ageret magiſter
Zaninus rogaretur: barbare quidem: ſed tamen non inepte.
Neſcio ego reſpondit quid agat. Sed iam nō Zaninus: ſed ſcal-
fornius nominat̄: & q̄dem me bene ſcalforniauit: hoc eſt ma-
gnopere decepit. Montani náq; Bergomates Scalfornias dece-
ptiones atq; fallacias dicūt. Ita nō minus in p̄rem q̄ in patriā:
quā īpudētiſſime es aſpnatus: īgratū īpiūq; te præſtitiſti. Et
te phīæ moralis peritum eē mētiri nihil pudet cum qui parē-
tes patriamq; non agnoſcunt: Ex ſnīa & phōrum & iuriſcon-

ſultorum inter ignominioſos infameſq; habeantur At dices: nihil prohibet eũ q ſit malus: philoſophiæ moralis tñ eẽ peritum. Cur itaq;. M. Tullium non defendis: a quo nos Panætii Stoici diuiſionem minus bene fuiſſe repræhenſam in primo de officiis ſexta cõcluſione noſtra cõtendimus? Quid de te ſentire debẽt eruditi iuuenes cum Ciceronem ipm̃ in libro de officiis præſertim extra oẽm ingenii aleam poſitum: ab errore liberum præſtare neſcias? Ego náq; hanc propoſui cõcluſionem non ut Ciceronem erroris arguerem: ſed quo omnes ĩtelligerẽt: te ut a bonis moribus: ſic a philoſophiæ quoq; moralis ſtudio prorſus alienum eſſe. Cæteꝝ iam concluſionem ipſam explicemus.

Triplicem capiendi conſilii diuiſionem a Panætio Stoico aſſignatam minus recte in primo de officiis a Cicerone repræhẽſam fuiſſe contendimus? Quid afferes pro Cicerone Calfurni Beſtia? Ego náq; Panætiũ minus bñ rephẽſum ſic oñdo. In triplici capiẽdi cõſilii deliberatione a Panætio aſſignata duo ꝑtermiſſa inqt Cicero: cũ aliqd in diuidẽdo ꝑterire maximum uitium habeatur. Nec. n. ſolum inquit Vtrum honeſtum an turpe ſit: deliberari ſolet: ſed etiam duobus propoſitis honeſtis. Vtrum honeſtius. Iteq; duobus propoſitis utilibus. Vtrum utilius. Ita quam ille triplicem putauit eſſe rationẽ: in quinq; partes diſtribui debere reperitur. Ego contra non aliam q̃ triplicem capiendi conſilii rationem potuiſſe a Panætio aſſignari contendo. Cum. n. Stoicæ ſectæ addictus fuerit: comparatiuo gradu quem non admittit Stoicoꝝ dogma: uti non debuit. Recte itaq; triplicem capiendi conſilii deliberatiõem ex Stoicorum ſnĩa Panætius inuexit. Nam & honeſtũne factu ſit an turpe dubitatur: & conducat id nec ne de quo deliberatur: & utrum ſit præponendum: quando utile cum honeſto pugnare uidetur. Minus recte igitur Cicero hoc loco Panætiũ repræhẽdiſſe uidetur: Tu q primum lumẽ Italiæ te eẽ iactas: qd pro Cicerone dicas: nihil hẽs. Ego ſic eum defendo: ut aſſeram. M. Tullium: q̃uis in opere de officiis Stoicos ſequatur: eo tamen in loco: ut Academicum ab ipſorum Stoicoꝝ dogmate: diſſentire: ſicq; Panætium nõ iniuria

repræhendere: qui de officiis præcipiens maluerit Stoicæ ſectæ dogmatis: q̄ cōmunis oībus fere hominibus conſuetudinis rōnem hēre. Sed hæc tibi Bæſtia nō ſolum ſunt ignota. Verum ne pcipere qdem uales. Ad ultimæ igitur cōcluſiōis approbationem reuertamur.

Illud Ennii dictum in primo de officiis pperam & legitur & exponitur: Salmacidas ſpolia ſine ſanguine & ſudore. Tu qdem beſtia nunq̄ diuinum illud Ciceronis de officiis opus legiſti. Sed cū blatteres me hūc locum deprauaſſe: nō minore es ī errore: quin potius maiore: q̄ ii q hactenus ſic & legerūt & expoſuerūt. Illi. n. facile meam ꝓbabūt correctionē: Tu ſiue īperitia ſiue īuidia ſiue potus utroq; ab iſto tā grādi flagitio ſtare nō deſiſtis. Nā & una dictio in duas diuidit̄: & quod eſt uerbum: id nomen eſſe putatur: & deniq; quod eſt p imperatiuum modum cum quadam increpatione legēdum: id enūciatiue citra ullam obiurgationem effertur. Sic. n. fere exponitur ut Salmaci uocandi ſit caſus: das uerbum indicandi: & ſpolia caſus accuſādi. Vt intelligatur: o ſalmaci tu das & tradis ſpolia ſine ſanguine & ſudore: hoc eſt: ſine ulla cōtentione Iſta uero mihi nō expoſitio: ſed deprauatio uidetur. Eſt enim hoc in ībelles dictum haud ei diſſimile: quod nunc quoq; in probis uſurpat̄. I. pugna cum mulierculis: cum uiris aūt ne cōtendas. Quare mihi ſic uidetur legēdum: ut ſpolia imperandi ſit uerbum nō caſus accuſandi: quem rō carminis, Eſt. n. heroicum: non admittit: & Salmacidas Grecus ſit accuſatiuus ut ſic intelligatur. Molles atq; ībelles uirgines: q̄lis fuiſſe ſalmacis legitur expugna. Nam ut inqt Sex. Pompeius: q feſtus a plerisq; imperite nominatur: cum Feſtus prænomen eſſe nuſq̄ īueniatur. Salmacis nympha Cæli & terræ filia molliſſima fertur fuiſſe cauſa fontis Halycarnaſi aquæ appellandæ Salmacidis: quam q bibiſſet uitio impudicitiæ molleſceret ob eam rem: quod eius aditus anguſtatus parietibus occaſionem largitur iuuenibus petulantibus puerorꝝ puellarūq; uiolādarum: quia nō patet effugium. Inde Ennius ſalmacidas ſpolia ſine ſanguine & ſudore. Eia nunc Calfurni Beſtia perſuadere pueris ſtude me hūc quoq; locum corrupiſſe: cum & ſenſus ītegritas & carminis qualitas ſpolia Verbum eſſe aperte decla

rent, Si.n.nomen eſſet: ultimam ſyllabam: quæ natura breuis
eſt: primam dactyli eſſe oporteret. Quare corruperim ego an
correxerim hunc locum uiderint docti uiri: quorum iudici/
um ut plurimi facio: ſic tuũ tuiq; ſimilium nihilipendo pror
ſuſatq; contemno. Quod ſi uel minimam tuorum puerilium
errorum particulam attingerem: & eruditos iuuenes optun/
derem: & huic ſermoni finis non inueniret. Quid.n.tu recte
exponas: qui per ingenii tarditatem nõ modo nihil ex te ipſo
excogitare poſſis: ſed ne alioꝝ qdem enarrationes percipias?
Num eſt miſerãdis pueris expectandum: ut hiſtoricũ aliquẽ
recte ſibi prælegas: cum Suetonium candiſſimum lucidiſſi/
mũq; ſcriptorem tam flagitioſe corrupiſſe depræhendaris?
Num Perſium aut Horatium aut aliquem paulo terſiorem
poetam cum alienis demum expoſitionibus tibi ſit inſiſten/
dum? Num Ciceronis rhetoricos aliudue egregium opus: cũ
natura ab artis oratoriæ totiuſq; philoſophiæ cognitiõe peni
tus ſis alienus: nihilq; inter legendum: niſi uerboꝝ quam uul
go dñt conſtructionem & qdem confuſe afferas? Hinc fit Vt
ſiue poetas: ſiue oratores: ſiue hiſtoricos explicare coneris ni
hil tamen operis inuenire ualeas: quod diu auditoribus tuis
placere poſſit. Nam cum primum aliquem uel pulcherrimũ
auctorẽ prælegere cæpiſti: ut eum deponas ac dimittas: aliũ/
q; incipias: tantisper efflagitare nõ deſiſtunt: donec uoti com
potes efficiantur: nõ quod digna cognitu opera nõ libẽter au
diunt: ſed quo te ad ſenſa præſtantum auctoꝝ exponẽda per
inde atq; aſinum ad lyram natum deludant. Cui igitur mirã/
dum ſi toti Academiæ ita es ingratus: ut doctiſſimus quiſq;
honoris? Academiæ ipſius publicæq; utilitatis amantiſſimus
a munere profitẽdi: cui es ineptiſſimus ꝓ uirili ſua repellere
ſtuduerit. Ac ſi recte & occulte: ut æquiſſimis Academiæ le/
gibus cauetur: ſuffragia in pyxides fuiſſent coniecta: ineptiis
tuis digniſſimam nup tuliſſes repulſam. Non ſolum.n.nouẽ
& quinquaginta: quot ſane pro te non tuliſti: Sed oĩa fere ſuf
fragia precibus quorũdam ſpretis: aduerſus ſtoliditatẽ tuam
collata fuiſſent. Complures nãq; eruditi iuuenes: ne tua fla
gitia comprobare quorũdam improbitate uiderentur ſuffra

gium ferre noluerunt. Quam ob rem ſi tibi recte conſulere
ſcires; primo quoq; tempore arti oratoriæ profitendæ renun
ciares; Ad aratoriāq; maxime iſtis humeris; iſtis lateribus; iſti
oris turpitudini; iſti totius corporis uaſtitati conueniētem ci
tra moram te conferres; neq; cōmitteres ut inuitis; ac reclamā
tibus īgenioſſimis quibuſq; iuuenibus clariſſimam omnium
Academiam tuis īeptiſſimis ſimul ac flagitioſſiſimis lectioni
bus polluere s atq; infamares.

RAPHAEL REGIVS HIERONYMO DONATO MARCOQ VE DANDVLO CLARISS. ARTIVM ET IVRIS VTRIVSQ. VE DOCTORIBVS AC PAVLO PISANO SAPIENTISSIMO ELOQ VENTISSIMO Q VE SENATORI FELICITATEM.

e Tſi ſcio uos maioribus diſtringi negociis: q̃ ut
commode noſtras nugas aut legere aut audire
poſſitis: dialogum tamẽ mihi nuper cum quo-
dam Calfurnio Beſtia de nõnullis Quintilia-
ni locis habitum: uobis deſcribere decreui: ſi-
mul ut per q̃ acri iudicio ueſtro ſubiiciatur: ſimul ut uel hic
aperte cognoſcatis: quanto in errore quidam uerſentur: q ſub
diticio Calfurnii noĩe ducti iſtum numero doctoꝝ uirorum
putant aſcribendum. Adeo nãq; rudis: tam nullo ingenio: ita
diſtorto eſt iudicio: ut me ſane q̃ pœniteat grauioribus qbuſ
p. 67. b. dam quæſtionibus Hermolao Barbaro ſtudioꝝ ſpecimini di
catis ipſum in certamen litterarium ſuperiore æſtate prouo-
caſſe. Tametſi .n. uidebam eum ineptum maximeq; inſulſum
eſſe: eoq; tunc in diſputationem deſcendere noluiſſe: minime
tamen adduci poteram: ut eorum: quæ ne mediocriter qdem
doctis ignota ſunt: imperitum eſſe putarem: cum præſertim
ſe omnibus doctis anteponat. Nunc uero quid de iſto ſit ſen-
tiendum ex hoc dialogo: ſi quando uobis ipſum pcurrere ua
cabit: facile diiudicare poteritis. In quo qdem ſoloeciſmos ab
iſto inter diſputandum admiſſos: ſi minus mihi repræhen-
ſos uideritis: nihil eſt: quod miremini. Beſtiæ nãq; adeo ruſti
cus eſt ſermo: ut nullam admittat correctionem.

Valete clariſſima ſtudioꝝ ornamẽta. Paduæ idibus martiis:
Mccccxxxyiiii.

RAPHAELIS REGII IN NONNVLLAS FATVARVM CVIVSDAM CALFVRNII BESTIAE EXPOSITIONVM CONCLVSIONES.

Ora in epiſtola Fabii ad Tryphonem pro fune duntaxat quo naues terræ alligantur: accipienda eſt: non pro aura; ut quidam putant.

Nudæ artes in prologo Fabii ipſius iperite ad dialecticã mathematicaſq; diſciplinas a quibuſdam referuntur.

Illud eiuſdem Fabii in primo capite corrupte legitur. Quare præcipienda ſunt optima: quæ ſiquis grauabitur non rationi defuerit ſed homini.

Senſus ille in eodem capite primo. Dũ tamen intelligatur id quod prius dixi: bonum eſſe. hoc remedium: ſtulte ab eo fuit confuſus: qui bonũ cũ remedio putauit copulandum

RAPHAELIS REGII DE QVATVOR QVINTILIANI LOCIS CVM QVODAM CALFVRNIO BESTIA DIALOGVS RAPHAEL. CALFVRNIVS.

Raph.

HEri puerorum turba ſtipatus Calfurnii citra omnem profeſſionis tuæ rationem: me apud ſcholas grauiſſimis conuiciis es aggreſſus: quibus idcirco nihil rn̄di: quod ab iſtiuſmodi iurgiis doctos ꝓboſq; uiros ſemper ab horrere animaduerti. Nunc in corona p̄ſtantū ingenio doctrinaq; iuuenum ſcholaſticorum cum ſimus: cur calumniis omiſſis: non conaris ea refellere: quibus nuper quoſdam ex erroribus in ipſo ſtatim Quintiliani principio tibi admiſſis: palam repræhendi atq; improbaui? Cal. Quos errores dicis. Ego non committo errores: neq; ſic dixi: ut tu rep̄hendiſti

Raphael: Equoniam pacto igitur illud in epiſtola ad Tryphonem Bibliopolam expoſuiſti? Sed ſi tantopere efflagitantur: q̄ tu affirmas: permittamus uela uentis: & oram ſoluentibus bn̄ ꝓcemur. Quo inq̄ mō orā eē accipiēdā dixiſti? Cal. Ego dixi qd' ora ſi inueniatur pro fune: quo naues ad terram ligantur: ut dicit Tortellius: ſenſui conueniebat. Sed qd' ego nunquam legeram oram in ea ſignificatione. Et q̄uis Tortellius alleget Liuiū in nono: tn̄ nō dicit cuius decadis: & ego nū q̄ potui inuenire. Raph. Iſta ſunt ex iis quædā: quæ mihi & rep̄henſa & magno doctiſſimi cuiuſq; aſtipulatu ex Academia fuere exploſa. Cum. n. addubites: utꝝ ora pro fune reperiatur: profitearisq; oram in ea ſignificatōe te nunq̄ aīaduertiſſe: Veriſſima ea eſſe colligunt: quæ ab eoꝝ pleriſq;: qui illi prælectōi interfuere notata: illico fuere diuulgata. Te in Tortelliū ut perperam uerbū illud exponentē: petulantiſſime fuiſſe inuectū, ac tandē aſſeruiſſe ita oram ibi ꝑ aura eē accipiendam: ut ploſtꝝ ꝑ plauſtro dici conſueuit: & fortaſſe auram potius eē ſcribendū. Neq;. n. fieri pōt: ut orā in ea ſignificatione accipiēdā probaris: quæ tibi tum ambigua: tum ignota foret. Alioq iſtud n̄ eēt auctoꝝ ſcripta explicare: ſ; auditoꝝ mētes penitus īplicare. Quam uero ſcita ſit iſta expoſitio; nō ab

re fuerit diligẽtius pſcrutari. Ac primum quo furore ductu Tortellium rectiſſime oram ꝓ fune: quo naues terræ alligantur: exponẽtem: tam impudẽter laceraſti? Cal. Videt tibi Tortellius in oĩbus benedixiſſe? Raph. Minime uero. Homo nanq; fuit. Neq; omnia poſſumus oẽs. Sed de pleriſq; bene ꝑcepit: & de hoc adeo recte: ut q contra ſentiat: prorſus & ingenio & iudicio carere conuincatur. Neq;.n. ora in ea epiſtola aliter q̃ pro fune accipi põt: neq; aliter q̃ oram legi. Cal. Apud quem inueniſti oram pro fune? Raph. Cum apud alios complures: tũ in quarto Fabii ipſius uolumine: ubi de narrationis breuitate præcipiens hoc ſubiicit exẽplũ. In portum ueni. Nauim proſpexi: quanti ueheret interrogaui: de ꝑcio conueni: conſcendi. Sublatæ ſunt anchoræ. Soluimus orã: ꝓuecti ſumus. Cal. Et ego uidi illum locum Quintiliani. Sed uellem ut adduceres alium auctorem. Raph. Si accurate illud Fabii exemplum legiſſes: nunq̃ te oram pro fune inueniſſe pernegaſſes: cum ſole clarius conſtet oram eo in loco nulla in alia ſignificatione q̃ pro fune accipi poſſe. Neq;.n. ad aliud uerbum q̃ ad illud ſoluimus poteſt referri. Quare ſaneq̃ miror: cur aliũ expoſcas auctorẽ. Vt.n. nulla certior Ariſtotelis interꝑtatio ex peripateticoꝝ ſentẽtia q̃ quæ ex ipſius Ariſtotelis ſumitur uerbis: ẽ habẽda: Sic Quintiliani ſenſa ipſius uerbis comprobata: alterius teſtimonio auctoritateue indigere minime uidentur. Neq;.n. uel te iudice ibi orã pro aura accipere poſſumus. Soluimus oram: cum neceſſario ad uerbum illud ſoluimus referatur: niſi forte putas Fabiũ ita ĩ utribus auras incluſas habuiſſe. ut æolus uẽtos Vlyſſi olim tradidiſſe narratur. Cal. Ego ſcio quod non inuenitur ora pro fune: & ideo non potes probare teſtimonio alicuius alterius. Rapha. Ego quidem ſæpius me legiſſe memini: ſed auctorum dicta nunc mihi non occurrunt. Neq; enim hodie quenquam auctorem euolui: ut id inuenirem: quod mihi minime eſt controuerſum: cum præſertim te in diſputationem deſcẽſurum neſcirem: nec tamen ſi ſciſſem in eo inueſtigando tempus conterere libuiſſet: cum cui Fabii auctoritas ſatis non eſt; is mihi fatuus eſſe uideatur: Cæterum tibi mos

geratur. Ecce hoc. T. Liuii mihi dictum occurrit. In ipſis quo
q; trepidatum eſt nauibus: dum ne hoſtes cum ſuis ſimul ir-
rumperent: trahunt ſcalas. oras & anchoras ne in moliẽdo mo
ra eſſet: præcidunt. Videſne oras hoc loco duntaxat pro ru-
dẽtibus eſſe accipiendas? Cal. Et ego ſcio ꝙ iſtud dictũ ad
ducitur a Tortellio: ſed fortaſſe fictum eſt: quia dicit ꝙ iſtud
ſcribitur a Liuio in nono libro: & ñ dicit cuius decadis. Ra.
Recte me tuaꝝ ineptiarum admones: quarum ferme iam erã
oblitus. Quis crederet Calfurnium: qui ſe primum Italiæ lu
men primumq; mundi hominem eẽ iactat. Calf. Et ſũ for
taſſe. Raph. Scio ſummopereq; lætor mihi rem eſſe cum
tanto uiro. Sed quis crederet te ea ignorare: quæ ne mediocri
ter quidem doctis ſunt ignota? Quis. n. uel triuialis magiſter
ignorat Liuium centum & quadraginta libros ita in quatuor-
decim decadas diſtinxiſſe: ut librorum ipſorum ordo mini-
me fuerit perturbatus? Nũquam ne animaduertiſti. T. Liui-
um modo in. xi. nõnunquam in. xxv. interdum in. xxxv. & de
inceps citra omnem decadis mentionem: cum ab aliis gram-
maticis: tum a Priſciano allegari? Quare deſine Tortellium
conuiciis inſectari ſcite atq; eleganter Liui uerba afferentem:
ac potius incipe contemplari: ut ſatyri uerbis utar. Quam ſit
tibi curta ſupellex. Sic nãq; facile perſpicies: an ſis unicum Ita
liæ lumen Cal. Ego de iſtis minimis paꝝ curo: dummodo
intelligam maiora puncta totius linguæ latinæ: quæ tu igno-
ras penitus. Raph. Ingenuæ fateor multa eẽ apud ſcriptores
& græcos & latinos quæ mihi minus percipiũtur. Sed ubi hæc
minia deſũt: maiora illa: q̃ tibi cognita eẽ iactas: ñ temerẽ locũ
inuenire ſolent. Cæterum ad oram ſermonem referamus.

Cal. Nondum ſciuiſti mihi adducere alium auctorem q̃
Quintilianum; qui orã poſuerit pro fune. Raph. Si mihi
omnium quæcũq; legi: memoria eſſet: facile te q̃plurimorũ
auctorum ſcriptis obruerem. Sed cum ne ſperandum quidẽ
hoc ſit cuiquam: ut memoria lectorum auditorũq; omnium
tenaci ſit præditus: ſanequam miror: cur tantopere id a me ef
flagites: cum præſertim: ſi Liuii decadas diligenter euolueris
facile ſis depræhenſurus te petulanter nimium in Tortelliũ

fuiſſe ſucctum. Sed detur tibi id quod aperte falſum eſt: orã ꝓ fune alibi non inueniri. Ego tamen uel grandi pignore depoſito contenderim oram in Fabii epiſtola ad Triphonẽ nulla in alia ſignificatione eſſe accipiendam. Cal. Et ego dixi quod erat bonus ſenſus: ſi ora pro fune reperiatur. Ra. Ego uero uel decem aureis nũmis depoſitis aſſero etiã ſi alibi non reperiatur: minime in alia ſignificatione q̃ pro fune in ea epiſtola oram accipi poſſe: teq; ipſum niſi ꝑtinax eſſe malueris q̃ ratiõi parere: ui argumentoꝝ fateri compellam. Cal: Nũq̃ id facies. Ra. Si mihi recte reſpõdere te non piguerit: Ego id ſtatim effectum dabo. Sentiſne Fabium in primis: ita & terſum eſſe & elegantem: ut nihil in eius ſcriptis minus bene ornateue poſitum dep̃hendatur. Cal. Sentio & ita ẽ Raph. At duo uerba idem ſignificãtia in continentibus ſenſibus uſurpare: longe à Fabii candore ornatuq; uidetur eſſe alienum. Sic. n. inquit Fabius. Sed ſi tantop̃e efflagitantur: q̃ tu affirmas: ꝓmittamus uela uentis: & oram ſoluẽtibus bene precem? Ora igitur ſi non pro fune: ut ego aſſero: pro aura certe: ut tu putas: accipietur. Aura uero eadem cum uento eſſe iudicatur: tametſi aura lenior. Ventus dicatur eſſe uehementior. Deinde ſi oram pro fune non acceperimus ad quodnam uerbum putas referendam? Cal. Ego dixi quod ſi pro fune inueniatur: debebat conſtrui cum participio ſoluentibus. Si ꝓ aura ponatur: cum uerbo bene precemur. Raph. Si aptiſſime demõſtrauero Fabiũ alteꝝ linguæ latinæ lumẽ: ĩ fœdiſſimũ cõiici ſolœciſmũ: ſi orã ꝓ aura accipiãus: ſẽtieſne orã ꝓ aura ibi fuiſſe poſitã? Calf. Nunq̃ id oſtendes. Ra. Tibi quidem qui ingenii: tarditate nihil ꝑcipere uales: fortaſſe nũq̃. His uero ſcholaſticis iuuenibus & ingenio & doctrina pollentibus id e ueſtigio demonſtrabo. Nam ſi ora non pro fune accipitur: ſed pro aura: ꝓcul dubio ad illũ uerbum precemur referatur oportet. At præcor uerbum cum aduerbiis illis bene maleue copulatum ſolo contentum: eſt dandi caſu: nec unquam accuſatiuum admittit: ut cum dicitur. Amicis bene: inimicis male precandum eſt. Calf. Iſtud manifeſte falſum

ẽ:quia precor ſemper cum accuſatiuo conſtruitur:quod eti-am pueri ſciunt. Rapha Tuos quidem pueros veri ſimile eſt ignorare id quod tibi quoque eſt ignotum. Sed pre-cor uerbum:ut ſine illis bene maleue aduerbiis accuſatiuo iũ gi omnes facile ſciunt:ita cum illis copulatum accuſandi ca-ſum refugere:cum hactenus nunq̃ aĩaduerteris: pueros tuos docere minime potuiſti. Cal. Ego nõ ſoleo docere meos di ſcipulos falſam grãmaticam. Ra. Et cur alicuius au ctoritate rõneue aliqua id nõ oſtendis eſſe falſum:quod ego ita ueꝝ eẽ contẽdo: Vt qui cõtra ſentiat:nihil ſciat? Cal. Auctoritates nunc non ueniunt in mẽtem:cras mille adducã. Ra. Etiam ſi totã peruigilaueris noctem:nullum tamẽ ex lati nis comperies auctoribus:qui ab iſto errore ſtare uideatur. Neq;.n.citra rõnem eſt uſurpatum:ut uerbo precor cum illis aduerbiis iuncto:accuſandi caſus non adiiciatur:cum aduer-bia ipſa caſuum uice fungantur. Perinde nãq; dicimus. Indo-ctis pertinacibus male precemur:ac ſi malam fortunam illis precari diceremur. Quapropter ne Fabius in tantum ſolœciſ mum incidiſſe coarguatur:orã non pro aura:ut tu expoſuiſti ſed pro fune duntaxat:quo naues terræ alligantur:accipien-dam eſſe nemini eſt dubitandum. Cal. Ego ꝓbabo cras multis auctoritatibus:quod precor ſemꝑ cõſtruitur cum ac-cuſatiuo:& ſic oſtendam te bonaꝝ litteraꝝ eſſe ignaꝝ. Raph. Eo pacto paria fecerimus. Hodie nãq; non a rhetorica modo mea potiſſimum opera uiſus es alienus:ueꝝ ipſa quoq; grãmatices rudimenta ignorare. Sed quanam ratione tutaris id quod ſecũdo loco reprehẽdi nudas artes a Fabio accipi Di alecticam. Geometriam: Arithmeticam: Muſicam: Aſtrolo-giam. Tametſi.n.quibuſdam placet iſta expoſitio: mihi ta-men nunq̃ potuit probari:ut quæ Fabii ſententiæ apertiſſime aduerſari uideatur. Cal. Ego non dixi ſic. ſed aliter ex-poſui. Raph. Nihil facilius q̃ ad inficialem cõfugere ſta-tum:cum præſertim ex multorum ſermone acceperis q̃ ma-xime a Fabii inſtituto alienum iſtiuſmodi ſenſum:in philo-ſophoꝝ auditorio mihi nuꝑ aptiſſime fuiſſe demonſtratũ.

Sed uide ne turpius ſit impudẽtiſſime id negare: quod mul-
tis audiẽtibus aſſeruiſti: q̃ ingenue profiteri te humana fragi
litate lapſum eſſe. Cal. Ego ſcio me non eſſe lapſum.
Raph. Quonam igitur pacto expoſuiſti? Calf. Ego dixi
quod nudas artes poſuit Quintilianus pro libris: in quibus
omnia præcepta alicuius artis non traduntur. Raph.
Tu quidem enarrationem meam referre uelles. Sed cũ eam
nõdum plene ꝑcipe potueris: facile apparet te illius auctorẽ ñ
fuiſſe: ſicq; ut q te audierũt: teſtãtur: expoſuiſſe. Cũ uero id ĩ
ficieris: ad tertiũ ſi placet erratũ trãſeamus. Cal. Tu ſemꝑ
dicis me erraſſe. Ego nõ erro. Tu es ille q erras. Ra. Nõ ĩfi-
cias eo me quoq; ĩterdũ labi. Sed ĩ defẽdẽdis erroribus perti-
nax eẽ haud quaq̃ cõſueui. Quare ſi tibi minus recte aut dice
re aut dixiſſe uideor: me corrigas uelim. Cal. Tu dixiſti:
ut mihi fuit relatũ: cũ me carpebas: in prima Quintiliani epi
ſtola: cũ neq; prima ſit neq; ſcđa. Ra. Me q̃dẽ in ipſa ſtatim
Quintiliani ad Tryphonẽ epiſtola te ĩ maximũ ĩcidiſſe erro
rẽ ꝑdicaſſe recordor. In pr̃ia uero dixiſſe nõ memini. Quod
tñ ſi dixi nõ animi ſed linguæ dũtaxat error fuit. Tu ſi alia ñ
hẽs: q̃ repẽhẽdas: ad tertiũ locũ: ĩ quo mihi grauiter admodũ
erraſſe uideris reuertamur. Cal. Quis ẽ iſte locus? Ra.
Ille uero ẽ ĩ pr̃io capite: ubi: ſic Fabius ait. Quare præcipiẽda
ſunt optima: q̃ ſiquis grauabitur: nõ rationi defuerit: ſed ho-
mini. Quo modo legiſti defuerint numero plurali: an defue
rit ſingulari? Cal. Anteq̃ tibi reſpondeam: uolo uidere quo
modo præcedentia intelligis. Quæ ſiquis grauabitur. Quæ
cuius caſus? Ra. Tu quidem diſputandi legẽ peruertis.
Cum. n. tuas expoſitiões impugnem: tuum eſt nõ rogare. ſed
reſpõdere. Quare pueriles iſtas mitte interrogatões: mihiq;
ut moris ẽ: r̃ñde. Cal. Tu ignoras iſtud & iõ nõ uis r̃ñdere.
R. Hoc tibi q̃đ difficile maxĩeq; r̃cõditũ ur̃. Mihi uero adeo
uulgatũ puerileq;: ut ne dubitare q̃dẽ de eo quenq̃ exiſtimẽ.
Quis. n. ẽ uel rudiũ pueroꝝ: q nõ uideat eo in loco: quæ rela
tiuũ accuſandi eſſe caſum? Cal. Quidam mihi retulit
quod tu dixeras eſſe nominatiuũ caſum. Raph. Mẽti-
tus eſt ille quiſquis fuit: quo te: qui me litteras ignorare

ſemper calumniaris: falſo gaudio afficeret atque irrideret?
Sed quo tandem pacto illud legiſti defuerit an defuerint?
Cal. Ego cum domino Omnibono præceptore meo lego defuerit numero ſingulari: & ita eſſe legendum præcipienda futuri temporis manifeſte docet. Raph. Quintilianæ uagæ moderator ſumme iuuentæ, Gloria Romanæ Quintilianæ togæ. In cuius manus perueniſti exponendus? Tu qui rhetoricam in Academia profiteris: præcipienda eo in loco futuri temporis eſſe participium aſſerere non erubeſcis? Cum pueri nomina a participiis diſcernere neſciunt: grauiter a triuialibus magiſtris uapulare ſolent. Te puerorum magiſtrum iſta ignorantem non iudicabimus flagris ſubiiciundum? Cal. Tu potius quam ego uerberādus eſſes: cum grauabitur quod eſt futuri temporis: manifeſte oſtendat: quod præcipienda ē participium futuri temporis. Raph. O medici mediam pertundite uenam. Vide quo te iſtud tuum deducat argumentum. Multi grauabuntur præcepta a Quintiliano tradita: erit ne hac in oratione tradita futuri temporis participium: ut grauabuntur uerbum? Cal. Ego dico quod eſt futuri tempouis: quia nulla præcepta adhuc tradita ſunt a Quītiliano. Raph. Si quicquam eorum quæ a Fabio traduntur, perciperes: nunq̄ iſta ab oī ueirtate aliena; in corona præſertim tot doctiſſimorum iuuenum tam temere iactares. Qui enim fieri poteſt: ut nulla Fabius ad eum uſque locum tradiderit præcepta: qui iam a capitis initio parentibus præcepiti: ut de filiis natis ſtatim quam optimam ſpem concipiāt: eiſque nutrices in primis & bonis moribus præditas & recte loquētes adhibeant: deinde pedagogos: qui aut ſint docti: aut ſe non eſſe doctos ſciant. Tum ut pueri iter quos educabitur futurus orator: & probi ſint: & bene loquantur. Videturne tibi hæc præcepta non eſſe. Cal. Sunt bn̄. Sed parua & leuia. R. Ego difficillima factu ea eē cōtēderim. ſed lōgiore ſermone opus eēt. Quare ad rōbum redeamus. Velim mihi cām aſſignares: cur defuerit unitatis numero putes legēdū eē. Cal. Nolo te iſtud hodie docere: quia tu nō intelligis hūc locum:

& uis corrumpere. R. Vter noſtrum corrumpat hũc lo
cum doctorum ſit iudicium. Ego quidem meæ correctionis
rõnem ita firmaui: ut doctis omnibus: qui eam acceperunt: ue
riſſima uideatur. Sed posteaq̃ iſta tua perſuaſione falſa frui:
q̃ diſcere mauis: fœdiſſima quatuor ea flagitia: quæ mihi in
philoſophorum auditorio repræhẽſa fuere: benignæ tibi cõ
donentur: ad eaq; quæ nondum in diſputationem fuere addu
cta: tranſeãus: ſimul ut ueritas eluceſcat: ſimul ut errores diſ
ſeminati ex Academia explodantur. Scito enim te hactenus
cum nondum ſex octoue ſũmum Fabii paginas prælegeris q̈/
draginta & amplius loca tum corrupte legiſſe: tum peruerſe
expoſuiſſe. Cal. Ego omnia bene expoſui. Dic unum ex iis
quæ male uel legi uel expoſui. R. Negabiſne te per/
uerſe illud ſaltem expoſuiſſe quod ego ultimo loco notaui.
Dum tamen intelligatur id quod prius dixi bonum eſſe: hoc
remedium. Cum bonum remedium ita confuderis: ut ad bo
nas nutrices doctoſq; pædagogos aſſerueris eſſe referendum?
Cal. Neſcio quid dicas. Ego bene legi. R. Quã
bene expoſueris facile diiudicabunt: ii præſtantes medici:
quibus nõ eſt ignotum: remedia non ſanis: ſed ægrotis dunta
xat adhiberi ſolere. Nutricibus certe male loquentibus pæda
gogiſq; imperitis remedia forent adhibenda: id quod elegan
ter a Fabio præcipi uidebit: quicunq; ita diſtinxerit: ut bonũ
ad nutrices recte loquentes doctoſq; pædagogos: remedium
uero ad eum: qui alumno adeſſe præcipitur aſſiduus: refera/
tur. Quod quidem ſi quo ingenio eſſes: facile ex illorum pro
nominum id & hoc eleganti uſu percipere potuiſti. Vt enim
id pronomen longinquiori: ita hoc propinquiori reſpondere
ſolet. Cal. Ego ſcio iſta melius q̃ tu. Dic unum aliud ex
iis: quæ male expoſui. Raph. Quam libentiſſime ue
ro. Quonam modo illud legiſti in capite eo: in quo Fabius
de litteris uerba facit? An cuiuſlibet artis eſt: diiudicare litte/
rarum ſonos. Cal. Vellem prius: quod tu mihi expone/
res quædam anterora. Raph. Te non decet tergiuerſari:
cum præſertim uideas omnes hos ſcholaſticos iuuenes tuam

impudentiam demirantes: qui cum mihi reſpondere debeas: ad interrogationem conuertaris. Quare ſi mei non uis: horũ ſaltem habeas rationem: qui omnes abs te efflagitant: Vt quo pacto id legeris: tandem in medium proferas. Cal. Nemo eſt in Italia qui iſtud ſciat. Raph. Maximo quidem omnium riſu iſtud fuit idcirco exceptum: quod penitus nõ eſt falſum: cum te id ſaltem ignorare imprudens aperte fatearis. Quare fac inſtructior cras in diſputationem reuertaris. Poſtridie cum multo plures q̃ pridie confluxiſſent & ſcholaſtici iuuenes & doctores: anguſtiſſimeq; ſederemus. Ec quid inq̃ Calfurni non ſtas promiſſis? Cur me penitus litterarum ignarum eſſe non oſtendis? Inueniſtine precor cum bene maleue aduerbiis iunctum etiam accuſatiuo copulari? Cal. De iſto dicemus alio tẽpore. Tu heri dixiſti quod illud Quintiliani in epiſtola ad Tryphonem non poteſt aliter legi: q̃ oram pro fune: quo naues ad terram ligantur. Si oſtendero tibi quod ẽt aliter legi poteſt: quid dices? R. Si ualida id mõſtraueris ratione: doctum ĩgenioſumq;. Sin minus: te ſalſum imperitumq; diiudicabo. Cal. Ego uolo te docere unum: quod nũquam fortaſſe uidiſti. Raph. Grati uiri officio fungeris: cum ego quoq; te iam multa docuerim. Sed qd nam iſtud eſt: quod tam acute excogitaſti? Cal. Ego dico qđ poteſt legi oriam. Erat. n. oria genus nauigii apđ antiquos: quod tu ignorabas: ut A. Gellius ait. Sic nanq; intelligemus: Soluentibus oriam: ideſt nauem: ut ouidius dixit Soluerat oebalio claſſem de littore paſtor. Raph. Nouicios & quidem foediſſimos iſto tuo nauigio errores inuehis Calfurni: non quod oria apud ueteres genus nauigii non fuerit. Sed quia Fabii tempore in uſu eſſe deſierit. Fabius uero ipſe in epiſtola præſertim tam familiari uerbum iam cum re ipſa exoletum nequaquã affectaſſet. Vt enim priſca uerba iterdum orationem pulcherrime cõmẽdant: ſic ab epiſtolari ſtilo maxime ſunt aliena. Cal. Quo modo ſcis oriam in uſu non fuiſſe tempore Quintiliani? Raph. Ex ipſius Gellii uerbis hoc aperte colligitur: qui oriam apud priſcos genus na

uigii fuiſſe priſcorum poetarum teſtimonio ſolum oſtendit
Sed fuerit Fabii tempore oria in uſu. Apud quem unq̃ orato-
rum ſoluere nauem in iſta ſignificatione inueniſti? Quod.n.
Statii carmine niteris; nihil eſt. Nam ex Fabii ſententia ſermo
nis auctoritas a poetis: Vt qui metri neceſſitati alligantur; nõ
eſt petenda. Cal. In qua ſignificatione dicis ſoluere nauẽ
non inueniri? Raph. Nempe in ea quam & tu accipis
& illud Papinianum continet carmen. Neq;.n. ſtudioſſimi; iu
uenes Soluere nauem apud Solutam orõnem ſcribentes id ſi
gnificat: quod iſte ſomniat: Sed diſſoluere; ac in ligna tabulas
& clauos ex quibus conſtat reſoluere; nec unq̃ in alia apud ora
tores inuenitur ſignificatione. Quam obrem iſta tua oria in
qua fabricanda & oleum & operam & totam noctem fruſtra
conſumpſiſti; ut reconditi aliquid in medium adduxiſſe ui-
dereris; cum iampridem ſolpta carieq; confecta ex uſu abie-
rit: longe eſt ab elegantia Fabii candoreq; aliena. Oram itaq;
pro fune quo naues terræ alligantur in epiſtola ad Tryphonẽ:
quod & ſenſui & metaphoræ qua utitur Fabius: maxime
congruit: & a doctiſſimo quoq; probatur: legendum eſſe ne-
mini dubium eſſe debet. Cal. Ego non dixi quod oria de
bet legi: ſed quod poteſt. Raph. Ego uero non ſolum nõ
debere; ſed ne legi quidem oriam poſſe: perſpicue monſtraui
Quare ſi libet ad alia tranſeamus niſi fortaſſe uis id oſtende
re; quod heri es pollicitus: Verbum illud precor cum bene
maleue aduerbiis iunctum accuſatiuo quoq; copulari; nõ mo
do datiuo: Cal. Adhuc non potui inuenire. Raph.
Facile hoc mihi creditur. Tota nãq; nocte in fabricanda oria
fuiſti occupatus. Sed cum tu ad excuſandum errorem in ip
ſo ſtatim initio cõmiſſum redieris: non ab re erit; ſi ego quoq;
de nudis artibus iterum aliquid fuero locutus: quo oẽs ĩtelli
gant: te eum quoq; locum & pu̾erſe expoſuiſſe: & uulgatam
mihi enarrationem nondum percipere potuiſſe. Cal.
Ego de tua expoſitione nihil ſcio. Nudas autem artes dixi po
ni pro libris in quibus omnia præcepta pertinentia ad ar-

tem oratoriam non traduntur. Raph. Si tua eſt hæc
expoſitio:apud quem auctorem artes ꝑ eiuſmodi libris uſur
pari inueniſti. Cal. Notum eſt hoc per ſe:& non in/
diget teſtimonio alicuius. Raph. Heri uel conuiciis
a me efflagitabas alium auctorem q̃ Fabium:qui ora profu/
ne uſus eſſet. Nunc te nihil pudet negare id teſtimonio eguiſ
q̃ indigere:quod & rarum eſt:& in alia frequentius accipitur
ſignificatione. Ars nãq; proprie eſt collectio præceptorum ad
aliquem finem uitæ utilem tendentium:ac frequentiſſime q
dem in hac uſurpatur ſignificatione. Quare ſi ita primum
expoſuiſti:neq; ad dialecticam mathematicaſq; diſciplinas:
ut omnes qui illi prælectioni interfuere teſtantur:dixiſti refe
rendum:ne te pigeat:cuius auctoritate niſus ita expoſueris:
confiteri. Cal. Ego ex me dixi:quãuis non habeam aliquẽ
auctorem. Raph. Tu quidem me habes auctorem:
ſed quia omnium es ingratiſſimum:per quem proficias:fate/
ri non uis. Cum enim eum locum enarrarem Seruii:gramma
tici auctoritate niſus artes pro libellis breuiter de aliqua arte
conſcriptis accipiendas dixi. Sed cur nudæ a Fabio dicuntur
artes? Cal. Quia omnia præcepta non complectuntur
Raph. Vel ex iſta colligi poteſt expoſitione falſa & inep
ta:te ita ut repræhendi:Expoſuiſſe. Neq; enim idcirco libelli
de arte oratoria compoſiti:artes nudæ appellantur:quod in
eis omnia quæcunq; ad artem ſpectant:non præcipiuntur:ni/
ſi forſitan putas Ciceronis rhetoricos in quibus de ſola inuen
tione præcepta traduntur:in numero nudarum artium eſſe
collocandos. Sed nudæ artes ideo dicuntur:quod in eis nuda
præcepta citra ullum fere orationis ornatum tradũtur. Qua
re ad alia:ſiquid tu percipere potes:hoc quoq; ex me diſce:ac
tuos diſcipulos priſtinam dedocere cura expoſitionem.
Cal. Ego nihil a te diſco. Tu multa a me didiciſti. Raph.
Niſi multo antequam tu in hac celeberrima Academia & Fa/
bii inſtitutiones & pulcherrima quæq; latinæ linguæ opera ꝓ
feſſus eſſẽ atq; enarraſſem:id ueriſimile cuiq̃ uideri poſſet.
Cum uero quæ ꝓfitẽte me exceptæ fuerũt expoſitiões: oĩ cõ

[...]entione habere curaueris: ſi quid Fabii acuminum recte exponis id mihi acceptum totum eſt referẽdum. Quæ uero peruerſe & legis & exponis: tum ĩgenii tarditati: tum fallaci doctrinæ pſuaſioni: quam tibi ĩduiſti: proculdubio ſunt aſcribẽda. Sed his omiſſis uelim mihi totum illum Fabii ſenſum aut plegas: aut iſtud Quintiliani opus mihi accommodes. Nam plerũq; nudæ illæ artes. Quid ſeqtur? Reliqua.n. mihi nõ occurrunt. Tu plege ſi placet. Cal. Ego legã. Sed non uolo ut uideas meum librum. Nam plerũq; nudæ illæ artes nimia ſubtilitatis affectione frangunt atq; concidunt qcqd ẽ in orõne generoſius. R. Quomõ? Relege ſi libet. Nimia ſubtilitatis: qd ſubiicit? Cal. Nimia ſubtilitatis aflectiõe. R. Legiſtine aflectione? Cal. Legi & ſic expoſui. R. Nũc te habeo irretitũ: ut niſi cum maximo dedecore tuo nõ poſſis diffiteri te in hoc quoq; librariorũ deprauationes ſecutum fuiſſe. Verũ adduci nõ poteram: ut crederẽ te adeo rudem eſſe: ut ea ignores: quæ pueris quoq; minime ſunt ignota. Cal. Ego iterũ fateor quod ita legi. Vis tu fortaſſe dicere quod affectio non ẽ uocabulum latinũ. R. Minime uero. Sed uel decem aureis nũmis depoſitis contẽdo nullo modo affectione hoc loco eẽ legẽdum. Neq; enim aut ſenſus aut latinæ elegantiæ ratio patitur: ut affectione legatur. Vt enim animi corporiſue affectionem eleganter dicimus: ita ſubtilitatis affectionem latinorum nemo unq̃ ſcripſit. Quare non affectione ſed affectatione doctiſſimus quiſq; ſemp cenſuit eſſe legendũ. Cal. Quare queãdmodũ dicimus aflicior tibi: dicere ñ poſſumus aflectionẽ ſubtilitatis. R. Aflicior tibi: pro eo quod eſt magno tibi amore deuincior latine dici ſentis? Iſtud uero eſt nõ. Quintilianum: ſed latinã linguã corrumpere atq; inqnare. Tu iſtas ſtulticias pueros multis precibus corrogatos doces? Triuialium profecto magiſtrorum diſcipuli aflicior tibi in ea: quam dixi: ſignificatiõe nequãq̃ latine dici non ignorãt. Tu q te primum hoiem mundi eſſe iactas: poſteaq̃ cœpiſti rhetoricam legere: grãmaticæ es oblitus. Aflicior bone uir paſſiuum ẽ uerbum: quod quidem ita demum cum datiuo copulatur: ſi & pro ablatiuo ponatur & a ſeptimo caſu excipiatur: ut cum oẽs

docti prædicant. Academiam tibi maximo dedecore affici.
Quãq̃ aũt latine afficior tibi diceretur: minime tamen ſubti
litatis affectione recte legeretur. Cum.n.ſubtilitas affectio-
nem non habeat: ſubtilitatis affectio dici nõ põt. Nam affec-
tio ut pleriſq; in locis & in rhetoricis & in Thuſculanis quæ-
ſtionibus Cicero teſtatur: ẽ corporis animiue aliqua de cã cõ-
mutatio. Quare nõ affectione: quod tum a Fabii ſenſu tum a
latinitate ẽ alienum: ſed affectatione quo uerbo & ſenſus pfi
citur: & Fabius frequẽtiſſime utitur: procul dubio legẽdum
uidetur. Cal. ego nõ dixi: qđ ſolum affectione eſſet legẽdũ.
R. Tantane es impudentia: ut id negare audeas: quod nup es
confeſſus? Perhibete quæſo teſtimonium ueritati doctiſſimi
iuuenes tuq; in primis Magnifice rector. Cal. Ego dixi quod
utroq; modo legi põt. R. Minime uero. Vna.n.dũtaxat ẽ ue
ritas. Neq; fieri põt: ut Fabius utroq; ſcripſerit modo: cũ præ
ſertim affectio longe ab affectatione aliud ſit: Id quod ex eo
rum uerborum: unde hæc nomina declinãtur: ſignificatione
facile pcipi poteſt. Et afficere qdem quid ſignicet: notius eſt
q̃ ut nunc ſic declarãdum. Affectare uero ſignificationem mi-
hi ignorare uideris: cũ p affectatione poni affectionem poſſe
profitearis. Cal: Ego melius ſcio q̃ tu qd ſit affectare. Nam
ut ait Feſtus Pompeius. Affectare eſt aĩum inclinatum habe-
re. R. Iſtam nõ credo Sex. Pompeii eẽ deſcriptionẽ: ut quæ
huius uerbi uim plene non Exponat. Eſt.n. proprie affectare
aliquid conari; quod efficere non poſſis repugnante natura:
Quod fere turpe eſt: ut alibi Fabius. Nihil odioſius affecta-
tione. Cal. Hodie legi Feſtum Pompeium: qui ſic exponit
ut dixi. R. Afferatur Sex. Pompeius. Nihil tuæ memoriæ
credo. Cal. Statim tibi oſtẽdam te neſcire qd dicas. Da mi-
hi Feſtum Pompeium. Affectare eſt animum ĩclinatum ha-
bere. Sic dicit Feſtus Pompeius: quod tu negabas. Nonne ego
ſemp dixi: quod tu neſcis litteras. Nũc es cõcluſus. R. Quid
tumultuaris bone uir? Nihil ẽ quod læticia efferaris. Etſi.n.

Pompeii ſententia plene pcipi non pōt:qđ eius opus a quodā
inſulſo ita fuit mutilatum:ut nullius fere uerbi Expoſitio in
tegra habeatur:iſtam tamen deſcriptionem quanuis mācam
mihi ſuffragari:tibiq; refragari:oſtendo.Nam ſi affectare ex
Pompeii ſententia eſt animum inclinatum habere: Affecta-
tio certe erit animi ad aliquam rem inclinatio: quæ ſignifica
tio quidem a Fabii ſenſu minime aliena uidetur.Sed Laurē
tius Valla ætatis noſtræ Varro melius pleniuſq; hoc uerbum
Exponit. Cuius ſcripta quidem ſi diligentius hac nocte per-
legeris:facile iſta perſuaſione depoſita Veræ ſententiæ acce-
des:teq; pro affectatione nimium imperite affectioné legiſſe
ſi quid eſt in te ingenii: animaduertes. Cal. Ego bene
ſcio quod dicat Vallenſis. Raph. Si paulo
accuratius iterum caput illud perlegeris:in quo de affectu &
affectione differit:aperte in maximo te eſſe errore cognoſces
Sed de hoc ſatis ſuperq;. Nunc tertium mihi repræhenſum
ſi placet diſcutiamus. Heri nanq; nec quo modo legeris:nec
quo pacto illud Fabii expoſueris. Quare præcipienda ſunt
optima:quæ ſiquis grauabitur non rationi defuerit: ſed ho-
mini: explicare noluiſti. Calf.Scis quare. Quia uideo
quod tu non intelligis iſtum locum:& ideo nollem te doce-
re. Raph. Maximam præ te fers ingratitudinem:
qui cum multa iam Ex me didiceris:hoc tamen nolis enuclea
re:cum præſertim tot adſint ſcholaſtici iuuenes: qui iſtam re
conditam cupiunt audire expoſitionem. Cal. Si iſti non
eſſent:nunq̄ dicerem illud quod accepi a domino Omnibo-
no preceptore meo. Nam ille ſentiebat: quod iſte locus ſic
erat legendus.Quæ ſiquis grauabitur non ratio ſibi defue-
rit ſed homo. R. An Oībonus Vir elegātiſſimus:cuius
ego quoq; fui diſcipulus:iſtius corruptiōis.mētirer nāq; ſi di
cerē correctiōis:fuerit auctor facile ex ipſo ſēſu:q nullus niſi
ineptiſſimus eē pōt:ītelligiſ. Cal.Imo ē optius ſenſus.Signi
ficat enim quod ipſe eſt traditurus optima præcepta: ne

ratio ſibi deeſſe poſſit: ſicut ſi legens Nicoletus adduceret acuta argumēta: quæ licet ab auditoribus non ītelligerentur tamen non deeſſent rōni Nicoleti. R. Quæ uerborū iſta ſūt portēta? Cum ſimilitudines ad īferendam rebus lucem ſoleant adhiberi: iſto ſimili ita hunc ſenſum obſcuraſti: ut nemo qd dicere uelis pcipere poſſit. In cauſa uero ē quod ñ cōtētus legeñ defuerit numero ſingulari: ut hacctenus ab oībus fere corrupte lectum fuit: alias quoq; & qdem fœdiores adieciſti deprauationes. Non ſolum .n. ſibi pronomē quod & ſenſui repugnat: & nullis in exemplaribus īuenitur: aſcribendum putas: ſed duos quoq; dandi caſus in rectos temerarie nimium: cum nuſq̄ ſic ſcriptum īueniatur: auſus es cōmutare: ut legatur. Quæ ſiquis grauabitur nō rō ſibi defuerit: ſed homo. Ac uerborum quidem iſte contextus non eſt īcongruus: ſed iſtiuſmodi ſenſus ſic ē a Fabii elegantia alienus: ut ne uiro qdem uel mediocriter docto uideatur eſſe dignus. Qui nanq; Fabius diceret rōnem ſibi non defuturam: cum rō ipſa ſibi nunq̄ deeſſe poſſit: ſiue optima præcipiantur ſiue peſſima: alioqui rōnis amitteret appellationem. Quare tardiſſime Calfurni non Quintilianum modo corrumpis: uerum Omnibonum quoq; Vincentiuum hoīem ætate noſtra facundiſſimum: cui tantum aſcribis flagitium: maximo dedecore afficis. Quo nāq; pacto uir & īgenioſus & eruditus e quatuor Vnius ſenſus uerbis tria īmutare ſibi permiſiſſet? Iſtud nāq; non corrigere ſed prorſus corrumpere auctores foret. Cal. Ego ſcio qd' ſic legebat ut dixi: quia ſic īuenio in meis ſcriptis: quæ ſub eo collegi. R. Tu qdem fortaſſe multa profitente omnibono excepiſti. Sed cum non perciperes quæ dicerentur: ita omnia confudiſti: ut non Omniboni enarrationes: ſed ineptæ Calfurnii confuſiones ſint appellande. Neq; īficias eo: Omnibonum quoq; ut alii: hacctenus: defuerit unitatis numero legiſſe. Ego nāq; primus ueriſſima rōne ductus hunc locum emēdaui. Sed id pronomen aliudue tale extrinſecus ſubaudiēdum putaſſe. Quod ſi tu quoq; ſic legiſſes: tot præſtantium uiroꝝ auctoritate: facile opinionem tuam protegere potuiſſes. Nūc tibi hoc patrocinium tanta temeritate ademiſti. Quam ob

remnē te pudeat iſtam ſtultam deponere perſuaſionem meā
q; approbare emendationem tam facilem præſertim: ut uni-
us duntaxat litteræ aſcriptione perficiatur: tam ſenſus cando
ri perſpicuitatiq; conuenientem; ut doctiſſimus quiſq; ſchola
ſticus iuuenis mihi certatim gratias egerit: qđ ſibi antea igno-
tum: perſpicuum illuſtremq; reddiderim hunc locum.
Cal. Ego non ſic intelligo. Raph. Hoc tibi facile aſ-
ſentior. Diſtorto nanq; es & ingenio & iudicio. Cras alia ſi ue-
neris diſcutientur. Poſtridie cum Laurentium Vallam qui-
buſdam oſtenderem eadem; quæ pridie ego de affectatione
retuleram; præcipientem; ecce Calfurnius aduentans clamare
cœpit. Nunc omnes cognoſcent te neſcire litteras. Ecce mecū
portaui Laurentium Vallenſem: qui confirmat meam opini-
onem: & afectione legendum eſſe dicit: quemadmodum ego
quoq; dicebam. Raph. Iſte doctiſſimi iuuenes aper
te inſanit furoreq; impeditus aut quæ a Valla præcipiuntur
non percipit: aut ea quoq; corrumpit: Quid clamas Calfurni
Cal. Ego portaui Vallenſem dicentem ut ego. Raph. Ego
qq; eiuſdē auctoritate nitor. Quare uide ne ut Fabii ita Lau-
rētii quoq; ſcripta aut n̄ pcipias aut inuerſe legas. Cal. Ego
melius quam tu intelligo & lego. Ecce dicit quod affectio fre
quentiſſime apud Quintilianum inuenitur his uerbis. Ab
hoc fit affecto quo etiam Cicero ī libris ad Herenium utitur
Non tam affectanda q̄ ſuperiores: ſed tamen adhibenda non
nūq̄. Apud eundem nunquam niſi me incuria fefellerit aut
memoria fallat: legi affectionem: frequenter apud Quintili-
anum & cæteros ut illud. Nihil odioſius affectione. Quid
nunc dices? Non ego ſemper dixi: quod neſcis bonas litteras?
Rapha. Videorne uobis doctiſſimis iuuenes uates fal-
ſus? an potius uel Apolline ipſo uerior? Et miramur ſi iſte ubi
q; fere Fabii inſtitutiones corrupte legit: cum Vallæ eleganti-
as pueris quoq; non ignotas nec intelligat: & ita peruertat; ut
Luce clarius ſibi ipſe Valla noſtræ ætatis Varro in eodem ca-
pite repugnantia dicere coarguatur? Qui enim fieri poteſt ut
Valla aſſerat affectionem apud M. Tullium non inueniri: cū
affectionis ipſius definitionem a Cicerone ipſo & in rhetori-

ciſ & in Thuſculanis quæſtionibus aſſignatam Paulo ſuperi-
us deſcripſerit? Profecto ſic caput ipſum inchoat. Affectum
nuſq̃ uideor reperiſſe apud. Mar. Tullium : frequentiſſime
affectionem: contra apud Quintlianum frequentiſſime af-
fectum: raro affectionē. Hæc paucula certe niſi prorſus inge-
nio careres: tibi documento eē potuerunt : Vallam perſpi-
cue a me ſtare: neq; ſic illius capitis finem: ut tu peruertiſti eſ-
ſe legendum. Sed quæ ſubiiciuntur: nonne te ſtipitem eſſe a-
pertiſſime oſtendunt: qui puerilem adeo deprauationem a
librariis admiſſam peruidere non potueris? Sic. n. paulo poſt
Valla ait. Affectionem modo Cicero ſic definit. Affectio eſt
animi & corporis ex tempore aliqua de cauſa mutatio: ut læ-
ticia: cupiditas. metus: moleſtia: morbus: debilitas & alia quæ
in eodem genere reperiuntur. Modo ſic. Affectio eſt quædā
ex temporum aut negotiorum euentu aut adminiſtratione aut
hominum ſtudio commutatio rerum: ut nec tales quales an-
te habitæ ſunt: aut plerūq; haberi ſolent: habendæ uideantur
Sentiſne hebetiſſime Calfurni Vallam pugnātia dicere : niſi
aliter atq; tu ſomnias: capitis illius finis legatur. Cal. Tu
ſemper corrumpis libros. Ego ſic lego ut in omnibus inueni-
tur ſcriptum. Raph. Non inficior multa ex iis quæ
impræſſa fuere exemplaria iſto modo eſſe deprauata. Sed
demus quod falſum eſt: in omnibus ſic legi ut tu ſom-
nias. Vel grandi tamen pignore depoſito audacter conten-
derim affectationem in fine capitis bis eſſe legendum: ubi tu
affecttionem legiſti. Apud eundem niſi me incuria fefellerit
aut memoria fallat nūq̃ legi affectatōnē: freqnter apđ Q ui-
tilianū & cæteros: ut ibi nihil odioſus affectatōe. quod ſi cor-
rigeř neſcis iſtiuſmōi pueriles elegātiarum uallæ corruptōes: qđ
ĩ caſtigādis Fabii ĩſtitutōibus: quo ope nihil ē mēdoſius: faci-
es? Profecto ſi & tibi & pueris tuis recte cōſulere poſſes aliud
qđ opis p̃legeres: hūcq; auctorē tātiſp đpōeres: dū meis ĩ opis
eius deprauatōes annotatōibus extremā ĩponā manū. Ad mil-
le ſiquidem & amplius tanti auctoris loca deorauata emenda
ui ſicq; expoſui ut cādidiſſimus ſimul & facillimus omnibus
ſi futurus. Cal. Ego etiā ſcripſi cōmētaria in Q uintilia-

num. Raph. Heri furtum prodidiſti: cum te profitente
Omnibono ea excepiſſe collegiſſeq; fueris profeſſus. Quod
ſi aliquid tibi gloriæ comparare cupis: in Macaronea nõdum
cuiq̃ expoſita commentaria ſcribas. Sic enim aliorum labo-
res uigiliaſq; tibi uendicare non uideberis: id quod in heautõ
timorumeno Terentii feciſſe īfamaris: quæ nãq; tum a Guer
rino Veronenſi tum ab Omnibono Vincentino ī illius comœ
diæ enarrationem: excogitata fuere: confudiſſe ac tibi īpudē
tiſſime aſcripſiſſe ꝑdicaris. Cal. ego nõ poſſum amplius lo-
qui dolore oris: quem patior. Raph. Laboraſne ad-
huc uitio oris? Cal. Maximo certe. Raph. Nun
q̃ eo: mihi crede: liberaberis. Semper enim maledicus eris. Sē
per uitioſe loqueris. nec unq̃ artis oratoriæ finem: ſiue illud
ſit perſuadere: ſiue quod uerius eſt: benedicere: aſſequeris.
Cal. Tu ſemp nugis abundas. Ego neſcio dicere tot uerba: ſed
facio iudicem iſtum doctorem: qui uideat ſi Vallenſis dicit
ea quæ ego dicebam. Ecce uobis relinquo hunc Quinternio
nē Vallenſis. Me oportet ire domum. R. Fac oĩno cras
ad audiēdam redeas ſnīam. Ac poſtridie quidem in diſputa-
tionem reuerti noluit: quod diceret ſibi nõ eſſe honori mecū
de litteris diſceptare. Me uero elegātias Vallæ manu ſcriptas
attuliſſe acceperat: in q̃bus ſic affectatione erat ſcriptum: ut
ego dixeram eſſe legen. Sed quo in me aliquid mali: quæ eſt
hoīs natura: machinaretur: quēdam Vngarum iuuenem ſcho
laſticum ſubornauit: qui a me peteret: ut & quādam ediffici
lioribus ad Atticum Ciceronis epiſtolā & quēdam Fabii locū
ſic puerſe q̃dem ab ipſo lectum atq; expoſitum: ut Fabius in
ſolœciſmū cõiciat̃: enodarē. Sic n. illud de accētibus ꝑceptū
ut ē a librariis deprauatum confudit. Præterea nunq̃ eadem
flexa & acuta: quia eadem flexa & acuta Vtiq; neutra cludit
Vocem latinam. Ego uero cum Vngaro me aperte temptanti
tandē pſuaſiſſē: ut mihi inuicē ſuaꝝ aliq̃d pecūiaꝝ expone-
ret: iāq; aureus nūmus depoſitus eēt: r̃cepi me q̃dē Fabii locū
ſtati expoſituꝝ: ac luce clarius oñſuꝝ grāde flagitiū ab iſto cal
furnio ibi fuiſſe admiſſū. Eplām āt q̄d & cognitu eēt pulchra
& lõgioī īdigeret expoē: ī phoꝝ auditorio publice enarratuꝝ

Locum igitur Fabii cum exponere coepiſſem: Calfurnium-
q; obambulantem ſui erroris iudicem: nihil dum inſidiarum
ſubeſſe putans conſtituiſſem: ecce quidam ſceleſti ab iſto Be-
ſtia truculentiſſimo immiſſi: id quod euentu fuit depræhen
ſum: me ita coeperunt interpellare: ut Paulum abfuerit: quin
ſtrictis pugionibus fuerim cõfectus. Famulus certe iſtius Be-
ſtiæ ac potius quorũdam uincentinoꝝ: quoꝝ eſt pedagogus:
Bernardinum Viridem iuuenem ſane ſtudioſum: de tã atro-
ci iniuria mihi illata conquerentem: citra ullam loci diſputa
tionibus dedicati rationem ſtricto enſe percuſſit. Ex qua qui
dem re facile unicuiq; patere poteſt Beſtiam iſtum ab omni ci
uilitate humanitateq; ac diſciplina eſſe alienum dignumque
qui in aliquam deſertarum inſularum: ne humanam ſocieta-
tem: ac ſtudioꝝ præſertim amoenitates infeſtet: primo quoq;
tempore deportetur.

RAPAEL REGIVS SIGISMVNDO VNGARO SALVTEM.

q

Væ ſuperiore hyeme a Calfurnio quodam be
ſtia ſubornatus uel propoſito aureo nũmo po
ſtulaſti: ut tibi exponerem: idcirco in hunc uſ
q; diem diſtuli enarrãdã: quod Calfurnius iſte
cuius fœdiſſimos errores ĩ Academia diſſemi
natos rephendebam: cum argumentis ſtultici
as ſuas non ſolum tutari non poſſet: uerum in dies quoq; ma
gis magiſq; rudis & imperitus depræhenderetur: ad arma cõ
fugit: ac flagitioſiſſimos quoſdam e ſuis immiſit: qui me pu
gionibus aggrederẽtur. Iſtud uero mihi ab omni ciuilitate ñ
modo a ſtudiis humanioribus: ita uiſum eſt alienum: ut iſtũ
ad naturam ferarum proxime accedere meritoq; beſtiam co
gnominari cœptum ab omnibus: quibus id notum eſt: iudica
ri mihi perſuadeam. Quid enim magis ab homine ſtudia p̃
ſertim humaniora profitenti abhorrere cenſendum eſt: quã
eũ a quo modeſte ciuiliterq; ac ex Academiæ more: grauiter
inter profitendum erraſſe coarguaris: non conuitiis modo ac
mille contumeliis: Verũ enſibus pugionibuſq; ẽt inſectari: cu
rareq; ut quibus ipſe flagitiis totus ſis perditus: aliis in audito
riorum parietibus aſcribantur? Quanquam autem uel hæc
ſola clariſſimo omnibus poſſunt eſſe argumẽto: iſtum ab om
ni humanitate: ſiue pro eruditione atq; doctrina: accipiatur:
ſiue pro eo amore: quo homini homo conciliatur: prorſus eẽ
alienum: ex enarratione tamen eius quoq; loci Quintiliani:
quem mihi iſtius impulſu propoſuiſti exponendum: facile
conſtabit iſtũ eſſe uaniſſimũ ſimul & arrogãtiſſimũ nebulo
nem: qui & incognita pro cognitis habeat: & ea ꝓfiteatur quæ
non ꝑcipit: & errores quibus puerorum mentes implicat: ar
mis quoq; tutari pulchrum putet. Id uero quo facilius in
telligatur: locus ipſe Fabii: ut eſt te aſſerente ab iſto Beſtia
lectus: primũ deſcribatur: deinde ut fuit expoſitus: referatur. Ve
raq; eius expoſitio ſimul & epiſtolæ Ciceronis ad Atticum ſu
biiciatur.

Sic igit in primo: ubi de accentibus agit Fabius: fere in exē plaribus ē deſcriptū. Præterea nūq̄ eadē flexa & acuta: qa eadē flexa & acuta utiq; neutra cludet uocē latinā. Hoc Fabii p̄ceptū ſic Beſtia iſte & legit & expoſuit: Vt Fabius ipſe i māifeſtariū ſolœciſmum incidiſſe cōuincatur. Nā ut omittā: quod illius & copulæ loco ex præpoſitionē rectius ſenſus perſpicuitati conuenire non aiaduertit: ea certe quæ nulla rōne copulari poſſunt: cōnectenda putauit. Illa enim oī ſublata diſtinctione ſic confudit. Quia eadem flexa et acuta utiq; neutra cludet uocē latinam: ut in unū ſenſu; confūdēda eē affirmarit: cum niſi duo ſint: & inepta ratio uideatur: & a ſolœciſmo Fabius defendi non poſſit. Cum. n. uelit oſtendere Fabius in eadem uoce nunq̄ acutam ſimul & flexam reperiri: minus apta uti ratiōe uideretur: cum nihil ad propoſitum faciat: ſi neq; flexa neq; acuta uox latia nō cludit. Lōge igit aliam aſſignat Fabius rōnē apte id qd ꝓpoſuit demōſtrantē. Nūq̄. n. eadem uox flexa & acuta idcirco ē inqt: quia eadem flexa ex acuta cōſtat: quod qdē uerbū idcirco Fabius ꝑtermiſit: qd facile ſubaudiri pōt. Circūflexū nāq; accētū ex acuto & graui conſtare notius eſt: q̄ ut ſit exponēdum. Neq; inficior & quoq; poſſe legi ut ꝑ etiā ponat. atq; ē uerbū ſubaudiat: ut itelligāus eandē flexā et acutā eē. Si. n. flexa ex acuta grauiq; cōſtat: nimiꝝ i flexa erit acuta. Sed ſi ex legat: magis pſpicuus uid eē ſtilus. ut itelligat flexa ex acuta quoq; cōſtare. Cæteꝝ ſiue ex ſiue & legat: ita ē diſtinguēdū: ut illd aduerbiū utiq; ſeqntis ſēſus ſit iniū. hoc mō. Vtiq; neutra cludet uocē latinā. Quod ſi i unū cōfūdāt ſēſū: a ſolœciſmo Fabius defēdi n̄ pōt. Neutra. n. nomē qd ex grāmatica rōe ac loqndi cōſuetudie aut gtō aut ablatiuo copulat: citra ſolœciſmi fœditatē cū ntis illis eadem flexa & acura neq̄q̄ cōnecti pōt. Vt. n. rēcte elegāterq; dr: Neutra haꝝ uocū cludit uocē latinā: ſic barbare diceret neutra eadē flexa & acuta cludet uocē latinā. Ruſtica certe nō mō barbara huiuſmōi orō eēt. Huc accedit: qd illa pticula utiq; n̄ mediū ſ; aut primū aut ſcd; i orōe locū ſortiri cōſueuit. qre ne Fabius Quintilianus alteꝝ latiæ liguæ ſpecimē: loqndi rōnē ignoraſſe manifeſtoſq; in ſolœcis nos incidiſſe coarguatur: ita diſtinguāmus: ut illa quidem. Quia eadem flexa ex acuta: ra-

tio ſuperioris præcepti intelligatur. Hoc uero. Vtiq; neutra
cludet uocem latinam: aliud præceptum eſſe cognoſcatur:
Sic enim & ſenſus perſpicui erunt: nec Fabius ruſtice barbare
q; ſcripſiſſe coarguetur. Quod quidem flagitum ab eo depel
li non poteſt: ſit ita legatur: ut iſte Beſtia putauit eſſe confun
dendum. Hinc uero manifeſte tibi loquere poteſt: quãtis er/
roribus auditorum ſuorum mentes Beſtia iſte implicet: qui i
iis quæ ad gramaticam ſpectant; quæq; ne mediocriter qui/
dem doctis ſunt ignota: tam pueriliter turpiterq; labat. Ego
certe uel grandi pignore depoſito contenderim cẽtum & am/
plius Fabii loca: cum ſecundum nondum prælegerit librum
aut peruerſe expoſita: aut corrupte: ut ſunt a librariis depra/
uata: fuiſſe lecta. Quod ſi mihi ſingulos aureos nũmos p ſin/
gulis deprauationibus: proponere animum induceres: facile
id reipſa comprobarem. Sed iam ad eius epiſtolæ enarratio/
nem tranſeamus: quam ut exponerem: iſtius opera potiſſi/
mum efflagitaſti: perinde acſi ego tanq̃ alter Gorgias: de qua
cũq; re propoſita me reſpõſurũ eſſe profiterer: ac non mihi ſa
tis eſſet: quæ afferam tutari. Sed ut eſt arrogãtiſſimus: quam
ipſe percipere non poteſt: aliis quoq; incognitam eſſe putauit
Eam uero ego ſic exponam ut quæ obſcuriora uidentur: ſim
enodaturus; ac quæ corrupte uel tu uel ipſe deſcripſit: emen
daturus.

¶ Ad Atticũ igitur ea ſcribitur epiſtola: q paucis ante diebus *Ad Cicer. ad*
Roma profectus per litteras a Cicerone petierat: ut ſibi aliqd *Qu. Fratr. 2, 9.*
de rebus urbanis pſcriberet. Cui Cicero nondum quicq̃ acci/ *vel 10.*
diſſe; ex quo ipſe diſceſſit: quod admonitione dignum uidea
tur; Quid tamẽ de Tenediorum cauſa decreuerit ſenatus cer
tiorem facit: ac quotidie ſe aliqd ſcripturum: etiã ſi nihil no/
ui acciderit pollicetur. Cludens autem epiſtolam cum Attico
iocatur. Ac primus quidem eius epiſtole ſenſus ita eſt perſpi/
cuus: ut nihil expoſitionis indigere uideatur. Epiſtolam hãc
conicio efflagitarũt codicilli tui; Eius uero periodi cuius ini
tium ẽ. Nam res qdem ipſa: clauſulam corrupte ſcripſiſti: da
bit: ſicq; in exẽplaribus fere legitur; ſed niſi dabat: ut tẽpus ſit
nõdum præteritum: legatur: nihil recti ſenſus eliciet. Quod

uero. M. Tullius inquit epiſtolas interdum debere allucinari
ſic accipiamus: ut ītelligamus de rebus leuibus negligēter loq̄
Nam allucinari proprie ē conuiuētibus oculis aliq̄d contem
plari: quod uerbum tamē ad animum quoq; transfertur. Al-
lucinatur. n. quiſq̄s aliquid aliter atq; eſt: accipit. Illud quoq;
mēdoſe ſcripſiſti. Teneidoꝝ igitur libertas ſecuri tenedia p̄cī
ſa ē. Sic aūt in exemplaribus quoq; fere legitur. Sed Tenedio
rum legēdum eſſe notius ē: q̄ ut ſit dubitādum. Tenedii nan-
q; populi fuere tenedum īſulam habitātes. Apud priſcos ue-
ro nō ſecuris modo Tenedia in prouerbio fuit. Verum homo
quoq; Tenedius: ꝓ eo q truculēto foret aſpectu. Nam Tenes
rex: a quo & inſula Tenedos fuit appellata: cum antea leuco-
phrin uocaret̃: quod falſo a nouerca fuit patri accuſatus: le-
ge cauit: ut carnifex ſecurim in manu tenens: poſt accuſatoris
humeros ſtaret: ac cū q falſo quēq̄ accuſaſſe foret dep̄hēſus:
e ueſtigio iudicis iuſſu p̄cuteret. Hinc igitur apud priſcos ſe-
curis Tenedia in ꝓuerbio fuit. Siue ut Ariſtoteles in Tenedio
rum ciuilitate inq̄t: quod rex Tenedius cum ſecuri iudicans
iniuria quēq̄ afficiētes illico interfici iubebat̃. Alii quod rex
idem ſtatuit: ut in adulterio dep̄hēſis ſecuri caput amputare
tur. Quod q̄dem in filio quoq; obſeruaſſe dr̃. Vnde in numiſ
matum altero q̄dem latere ſecuris: in altero duæ facies ex eo-
dem collo ꝓdeuntes uidebant̃. Aliæ quoq; de ſecuri Tenedia
afferunt̃ rōnes. Sed prima mihi oīum ueriſimillima uidetur
Facete igitur Cicero ſimul & erudite libertatem Tenediorū
ſecuri Tenedia p̄ciſam fuiſſe ait: hoc ē penitus ſublatam: ut
qui ſecuri tenedia fuiſſent p̄cuſſi. Nam Tenedii cum antea li
beri eſſēt ſuiſq; uiuerēt legibus: ſenatus decreto ea ſunt liber
tate priuati: q̄uis & Ciceronis & Calſidii & Bibuli & fauonii
patrocinio fuerint uſi. Significat aūt Cicero Atticū quoq; Te
nediis affuiſſe cū inq̄t. De te magis ab Sipilo mētio ē honori
fica facta: cū te diceret poſtulatōi Sexti Pāſæ īſtitiſſe. Sipilus
q̄dē iſte. Vnus e legatis tenedioꝝ fuiſſe uĩ. Pāſa uero tenedio
rū accuſator. Corrupte āt honorifica & dicerēt: ut fere ī exē-
plaribus legit̃ ſcripſiſti: cū & honorifice & diceret Vnitatis

numero ſit legendum. Reliqua illius epiſtolæ ita ſunt aperta ut nulla indigeant enarratione; niſi forte dubitas quid ſibi uelit Cicero cum inquit, Lucretii poemata: Vt ſcribis: ita ſunt multis luminibus ingenii: multæ tamen artis. Ac huic quidem ſenſui aliquid deeſſe uidetur. Illa nanq; coniunctio tamen ſuperiori ſenſui: ut ſolet non aduerſatur. Quare negandi aduerbium facile contenderim aſcribendum: quanuis exemplaria refragēť: ut hoc mō legať. Lucretii poemata ita ſunt multis luminibus ingenii: nō multe tñ artis. Vt itelligamus Lucretium ingenio multum: arte uero parũ ualuiſſe. Id qđ de Ennio Ouidius ait: Ennius igenio maximus: arte rudis. Lucretius nanq; naturalē philoſophiā carminibus eſt cōplexus Empedoclis ſiculi imitatione. Nam & ipſe de eadem re apud Græcos carminibus ſcripſit: Cuius opus a Saluſtio e Græco in latinam linguam interpretatum indignum putat: quod ab Attico legatur. Sic enim epiſtolam cludit. Sed cū ueneris Virum te putabo. Si Saluſtii empedoclea legeris hoiem non putabo. Scite uero ac lepide Cicero uiri & Hominis differentiam ſignificauit. Homo nanq; dicitur Quiſquis humana eſt facie. Vir aūt non omnis: ſed dūtaxat. Qui uirtute præditus eſt: appellatur. Siquid de reliquis dubitaueris illius epiſtolę: me locis tibi recipio omnia enarraturũ: Vale. Paduæ ſexto calendas Iulias. Mcccclxxxviiii:

Laus Deo Finis.

Si quid forte litterarum imutatione: tranſpoſitione: inuerſione: omiſſione offenderis ſtudioſe lector: id nō ulli negligētiæ; ſed correctionis difficultati aſcribas: qm̃ nihil uerborum prætermiſſum eſſe depræhendis: rogat Gulielmus Tridinenſis cognomento Anima mia: cuius opera hoc opuſculum Venetiis fuit deſcriptum Principe Auguſtino Barbadico decimo Calendas Iunias. Mcccclxxxx.

Deprauationũ ĩ hoc libello admiſſaꝝ correctões Niſerere ꝑ inſerere in ſcđa charta. Epiſtolę huic inſerere audeo
Vlebat ꝑ uolebat. q̃ uolebat exiſtimari. in. iii.
Aut ꝑ ait. Ac ſeruos eſſe ait: & dicá ꝑ dicat: aliquid de tuis rebus geſtis dicat in. iiii.
Iua ꝑ uia & fulgerat ꝑ fulgurat & ſatyrus ꝑ ſatyris: & quæq; ꝑ quoq;. in. v.
De erudi pro detrudi & leniminanta pro lenimenta & ſidrici: ꝑ fiducia in. vi.
Acutores pro auctores in. vii.
Ait frices pro artifices & aoctori pro auctori in. ix.
Dictores pro doctiores in. x.
Conuiciiſq; pro conuiciis ſine illaq; copula in. xii.
Deiudicare pro diiudicare in. xiii.
Satyri pro ſatyræ in. xiiii.
Vt ꝑ ubi ĩ. xv. Scalpũt ubi ĩtima uerſu. & numerus ꝑ numeris
Ferue ꝑ ferueat in. xvi. Lector mihi ferueat aure
Ac ꝑ At & depulſus pro depulſis: & ſic qdem tibi ita uidetur pro ſic tibi uidetur in. xix.
Videtur pro uideatur in. xx.
Extræ pro terre in. xxiii.
In. xxiiii. hæc quatuor uerba ita ſunt impſſa ut integra nõ uideantur. Lectionibus pollueres atq; infamares
Ductu pro ductus in. xxvi. Quo furore ductus
Deſierit ꝑ deſierat in. xxix.
Ingratiſſimum pro ingratiſſimus in. xxx.
Quiq; pro quoq; & doctiſſimis pro doctiſſimi; & deorauata ꝑ deprauata in. xxxiii.
Me locis pro locis me in ultima. Illius epiſtolæ locis: me tibi: & quæ ſequuntur.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] Quoforunt [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Pag. 90. B. a. 80. B. b. 66. B. b.

Statii Papinii Silvas à Domitio Calderino diligentissime enarratas esse; p. 73. b.

Omnibonus laud. 88. a. Raph. Regium eius fuisse discipulum; 88. a. l. 88. B. a.

de Raph. Regii opera Quinctiliani Institutionibus oratoriis impensa; p. 89. B. b.

Adfectare quid proprie? p. 87. b.

de Festo Pompeio; p. 87. b. et seq. 79. a.

Franc. Philelphi in Pium 2. Pontif. carmen; 60. b.
Conf. Franc. Sanct. in Politian.

41.10

Æmilius Probus.

~~ff~~ 16353-4



colorchecker DIGITAL SG
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
A B C D E F G H I J K L M N
calibrite
X-rite ColorCheckerSG S/N:151021-1259 Data 15.10.21 Item No.:MX-7181
mm
0 1 2 3 4 5 6